

*sri prefatum
pro obseruantia
practica
et confidem-
tiorum habeo-
rum editarum.*

constitutionibus per eundem Cardinalem editis, vel ea-
rum aliqua non petendo, vel obtenta non petendo, in pre-
fato Capitulo Allisti celebrato, ut acceperimus praetito,
quamplurima eidem Ordini Minorum, cuius prosperi-
status directionis onus ipsi Guillermo Ministro princi-
paliter incumbit, fructuosa, & utilia ingruentibus casibus
pro tempore impedit, aut in ipsis Ordinis praegredi-
cium differri posse, necnon eundem Guillermum Mini-
strum, qui est caput; arctius quam membra ligari minus
congruum fore recententes, sibi iugementum hujusmodi,
cuius formam presentibus haberi volumus pro sufficien-
ter expressa, ad eum auctoritate, motu simili harum serie
penitus relaxamus, cumque ad illius obseruantiam de-
cernimus, & volumus non teneri.

*D. P. gestie con-
tra orationem.*

§.12. Præmissis necnon constitutionibus Apostolicis,
& aliis contrariais non obstantibus quibuscumque. Aliis
tamen constitutionibus antedictis, per prefatum Cardi-
nalem editis, in omnibus semper salvis.

*Sancti patrum
lta.*

§.13. Nulli ergo omnino hominum licet hanc pa-
ginam nostra declaracionis, voluntatis, mitigationis &
mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si
quis autem hoc attentare presumperit, indignationem
Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Aposto-
lorum ejus, se noverit incursum.

*Dat. P. Ap. 6.
die 27. Iulii.*

Dat. Romæ apud SS. Apostolos, sexto Kalend. Augusti,
anno 1431. Pontificatus nostri Anno tertio decimo.

E U G E N I U S IV. P O N T. C C X I .
ANNO DOMINI MCDXXXI.



Eugenius Quartus, Venetus, D. Gabriel Condolmarius, antea dictus, Presbyter Cardinalis tituli Sancti Clementis, Creatus Romæ 5. Nonas, coronatus 5. Idus Martii 1431. Sedens annos 15. menses 11. dies 21. creavit Cardinales 27. Obiit 7. Kalendas Martii anno Domini 1447. Sepultus fuit in Basilica Vaticana. Vacavit sedes decem.

Amadeus de Sabaudia Felix IV. vulgo dictus Felix V. Pseudopont. in Concilio Basileensi, Non. Novembris 1439. Creatus. Deinde 5. Idus Maii 1449. Pontificatus sponte abdicavit.

1. Quod S.R.E. Cardinales, in Consistorio secreto pronuntiati, non dicantur creati Cardinales, quo usque Cardinalatus insignia non suscep-
rint. Nec vobis habeant in eligendo summo Pontifice, aut alio actu, quovisque licentiam summus Pontifex eis impetratur.

Circa hujus const. partem primam, vide const. §.6. Sixtus V. Postquam, in §.19. Et quoad secundam scilicet die 26. Ianuarii 1571. Plenum V. aliter statuisse, quondam electionem Papa. Decrexit namque Cardinales in ea vocem habere, etiam si galerus Cardinalitius eis traditus non esset, neque os clausum, aut si clau-
sum, monendum apertum fuisset.

E V G E N I U S E P I S C O P V S, Edita
Seruos Servorum Dei: Ad futuram rei memoriam. 1431.

 N eminenti Sedis Apostolicae specula, divina disponente clementia constituti, de universis orbis Ecclesiis, etiamque statu pacifico, & tranquillo cogitare nos convenit: sed eo propensius ad Romanam Ecclesiam, quæ aliarum Ecclesiæ mater est & magistra, aciem considerationis extendimus, quo sublatissimis dubiis, & conflictis sed callidis opinionibus, ex quibus possent dispendia, & scandalum provenire penitus confutatis, ipsa Romana Ecclesia pacis, & quietis auctore Domino dirigente optata quietudine perfruatur.

§.1. Sanè quanquam ex libris Romani ordinis, alias Ceremoniarum nuncupatis, & aliis Ecclesiæ Romane libris, seu antiquis codicibus comprehendendi possit, & ex illici resulteret, quid nominis, tituli, vel honoris, per secretam procurationem de aliquo persona in ejusdem Rom. Ecclesiæ Card. per Romanum Pontificem pro tempore in secreto Consistorio factam, eidem persona in Cardinalem sic pronuntiata per promotionem hujusmodi acquiratur. Quia in temporibus modernis, quibus aliquoties nonnulli in secreto Consistorio in Cardinales assumpti fuerunt secrete, & eis ex bonis respectibus insignia Cardinalatus, saltem omnia, minimè assignata fuerunt, non nullorum aliter sapere, quam oportet sapere fatigantem astutas considerationes, & inductiones subtilem juxta præmissa & eorum effectum nonnulla dubia prodiuerunt.

§.2. Nos ad submovendum causam, & occasionem quorūcumque dubiorum quæ quomodolibet super iis insurrexere haec tenus, & possent insurgere forsitan in futurum, de venerabilium fratrum nostrorum Jordani Sabiensis, Hugonis Prænestinensis Episcoporum, & dilectorum filiorum Joannis tit. S. Laurentii in Lucina, Ludovicii tit. S. Cæciliae, Antonii tit. S. Marcelli, Ioannis tit. S. Sixti, Francisci tit. S. Clementis, Angelotti tit. S. Marci presbyterorum, ac Lucidi S. Mariæ in Cosmedin, & Arduini Sanctorum Cosmae & Damiani Diaconorum ejusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinalium unanimi consilio & consenuit, praesenti irrefragabili constitutione decernimus, & declaramus, per hujusmodi pronuntiationem sic in secreto Consistorio de quibusvis personis haec tenus factam, seu in posterum faciendam, alicui sic in Cardinalem in præteritum pronuntiato, seu in posterum pronuntiando, licet per eum ad Cardinalatus initium dispositus videatur, nullum jus, seu titulum re aut nomine acquisitum fuisse, aut acquiri potuisse haec tenus seu posse, neque aliquem per quempiam per scripturam, vel nominationem pro Cardinali reputari, vel habeti debuisse, seu potuisse haec tenus vel debere seu posse quomodolibet in futurum, donec, & quoque de similibus consilio, & consensu sic pronuntiato in Romana Curia præsentis Cardinalatus insignia, videlicet per Capelli rubei traditionem, ac tituli assignationem, annullique juxta morem consuetum, in dito immisionem; absenti vero ab eadem Curia per hujusmodi Capelli missionem, realiter sint impensa, aut saltem in generali Consistorio.

§.3. Quodque in Cardinalem sic pronuntiatus, etiam postquam insignia hujusmodi omnia receperit: & etiam admisus fuerit, & receptus, ut prefetur, in electione Romani Pontificis pro tempore vocem activam, aut aliquo actu habuisse, vel habere potuisse, aut debuisse, sive posse, vel debere minime censeatur, donec, &

& adoufque per Romanum Pontificem pro tempora existentem de similibus consilio, & consenuit sibi in praedicandis, consulendis, & deliberandis negotiis. Consistorii antedicti, postquam in Consistoriis aliquibus mores in talibus observari consuetos expertus, & interrogatus consiliativer, aut consultative responsum dandi expressa licentia tribuat, seu ad hunc effectum (ut verbis utamur communibus) ei fuerit os apertum. Decernentes iritum, & inane quicquid in contrarium per quoscumque etiam praedecessores nostros, aut alios quavis auctoritate scribendo, nominando, seu etiam reputando scienter vel ignoranter attentatum forsitan est haecenus, vel in posterum contigerit attentari.

§. 4. Si quis autem in Cardinalem sic pronunciatus, contra praemissa Cardinalem pertinaciter se ausus fuerit nominare, eo ipso ex tunc omni iure quod sibi quomodo libet acquisitum prætendere posset, privatus sit, & perpetuum inhabilitatem incurrat ad hujusmodi Cardinalatus honorem. Ceteri vero in hoc ei adhaerentes, vel dantes consilium, seu favorem, ipso facto sententiam excommunicationis incurvant, à qua (præterquam in mortis articulo constituti) nequeant ab alio, quam à Rothano Pontifice absolutionis beneficium obtainere.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, & ordinatioibus, privilegiis, indultis, concessionibus, & exemptionibus Apostolicis specialibus vel generalibus, sub quaenamque verborum forma, etiam penas & censuras in se continentibus, in contrarium editis, ceterisque contrariis, quibuscumque.

§. 6. Nulli ergo nostræ constitutionis, & declarationis, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1431.7. Kalendas Novembbris, Pontificatus nostri Anno primo.

Ego Joannes Cardinalis Sancti Laurentii dictus Rotho-
magen. subscripti.

Ego Ludovicus tituli Sancte Cæciliae presbyter Cardi-
nalis Arclaten. subscripti.

Ego Antonius tituli Sancti Marcelli presbyter Cardina-
lis subscripti.

Ego Joannes tituli Sancti Sixti presbyter Cardinalis manu
propria subscripti.

Ego E. tit. Sancti Clementis presbyter Cardinalis manu
propria subscripti.

Ego A. tituli Sancti Marci presbyter Cardinalis manu
propria subscripti.

Ego Jordanus Episcopus Sabinen. manu propria sub-
scripti.

Ego N. Cardinalis Cypræ Episcopus Prænestinen. sub-
scripti.

Ego Ludovicus Cardinalis de Comitibus manu propria
subscripti.

Ego A. Cardinalis Nova manu propria subscripti.

Lecta & publicata fuit hæc constitutio de mandato SS.D.N.Papæ, in Audientia contradictarum, & Cancellaria Apostolica die 8. Novembbris, videlicet quinto Idus, in præsencia Reverendissimi in Christo Patris & D. B. Patriarcha Graden. dictam Cancellariam Regentis, R. P. D. Apostolicarum literarum Correctoris, venerabilium virorum DD. de Presidentia, & aliorum in copioso numero Scriptorum, & Abbreviatorum, ut moris est, & deinde in Quaterno isto authenticō de mandato ipsius D. Regentis sic scripta.

II. Quod Congregatio Monachorum de Observantia S. Justinæ Ordinis S. Benedicti, quecumque legata pia ejus Monasteriis & locis, quamvis non expressis facta acceptare, & ad ea consequendum procuratores constituere, & juxta Capituli generalis & Visitatorum iudicium distribuere possit.

De his Monachis vide infra in const. I. Inl. II.

Super Cathedram.

Bullar. Mag. Tom.I.

EVGENIUS EPISCOPVS, Edita An. D.
Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam. 1431.

D Ipositione divina gregi Dominico quamvis immemorati præsidentes, dum præclaræ dilectorum filiorum Congregationis Monachorum de observantia S. Justinæ, Ordinis S. Benedicti merita recensimus, intra horum mentis arcana, & commendabiles, quibus eorum ministeriis erga Deum, & homines indegnenter exuberant fructus, dignè nostros diffundimus cogitatus, votis illis gratum libenter offertimus auditum, per quæ ipsorum statu, ac indemnitatibus consuli, possit, fortunaque Religionis salubria jugiter suscipiat incrementa.

§. 1. Cum itaque sicut exhibita nobis nuper pro parte Congregationis hujusmodi petitio continebat, eis diversæ donationes, & legata facta fuerint ipsorum Monasteriis sive locis non expressis, & propterea ab aliquibus hæsitatur, an Congregatio prædicta cum illius singulariæ personæ proprietas incapaces sint, praemissa, super quorum aliisque lis indecisa pendet, & que deinceps eis annuente Domino sicut donationes & legata valent acceptare.

§. 2. Nos omnem super iis ambiguitatis materiam se-
movere, necnon conscientiarum scrupulis obviare cu-
mulus de quo in rubro.

indulsum de quo in rubro.

§. 3. Non obstantibus litis pendenti hujusmodi, ac constitutionibus Apostolicis, necnon statutis, & confe-
tudinibus Monasteriorum, locorum, & Ordinis prædi-
ctorum, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo, &c.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis
Dominicae 1431.3. Idus Novembbris, Pontificatus nostri
Anno primo.

Declaratio & mitigatio Regulæ Fratrum B. MARIAE de Monte Carmelo, ab Honor. III. habetens approbatæ.

Hanc regulam approbavit Honor. III. sup. in const. 8. Ut vivendi. Exunque principio mitigavit Innoc. IV. sup. in const. 6. Quæ honorum. Quam regulam secundum mitigationem d. Innoc. observant Fratres qui Discalceati nuncupantur, ut ibidem plenè notavi. Postmodum hanc eandem regulam hic Eugen. & successore Pius II. & Sixt. IV. iteratò mitigarunt, ut infra in ipsius Six. const. 1. Dum attenta. Et hanc universali Fratres observant, qui etiam Miti-
gati appellantur. Et hic Ordo est unus de Ordini-
bus Mendicantium, ut inf. in Pii V. const. 44. Roma-
nus, eorumque privilegiis fruatur, ut ibidem. Et ideo
ejus bullam Mare magnum nuncupatam præter-
mis, tanquam ferè eandem cum bullâ Fratrum
Predicatorum, & Fratrum Minorum, & alia no-
tavi sup. in d. Const. Honor. III.

EVGENIUS EPISCOPVS, Edita An. D.
Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam. 1431.

R omani Pontificis providentia circumspeta non-
nunquam ea, quæ ad propagationem Religionum
F 1 2 quarum

EVGENIVS QVARTUS.

340

quarumcunque, & divinis obsequiis cancellatarum personarum prosperum statum confervardum, ac animatum salutem earundem salubriter instituta fuerunt, ut frustum afferant exoptatum reformat, & moderatur. Et ut Religiones ipse, praesertim à Sede Apostolica approbata, in suo vigore perdurent, prout temporis penita qualitate in Domino propicit expedite, libenter impeditus sollicitudinis partes.

Ordo Carmelitanorum fratrum per missagiam regule Hoc. III. tribus Capitibus.

§.7. Sanè cum sit nobis pro parte dilectorum filiorum Joannis Facilius Generalis, ac Provincialium, & claustralium Priorum, & universorum Fratrum Ordinis B. MARIE de Monte Carmelo super expostum, quod in certis Capitulis regulas Fratibus dicti Ordinis per bone memorie Albertum Patriarcham Jerosolymitanum traditæ, inter cetera cœvetera expresse: Quod Fratres predicti Ordinis ab esu carnium abstineant, nisi pro infirmitatis, vel debilitatis remedio sumantur; eisdem etiam: Quod singulis diebus Dominicis dumtaxat exceptis, & anno Exaltationis Sanctæ Crucis, usque ad festivitatem Resurrectionis Domini nostri Iesu CHRISTI jejunare teneantur: Quodque singuli eorum manent debeat in cellis suis, die ac nocte in lege Domini meditantes, ac in orationibus vigilantes, præcipitur.

Sedis Multitudines & Regula observantiam & cetera Regule.

§.8. Et propter nonnulli ipsius Ordinis professores, propter ariditudinem, & rigorosum Régula hujusmodi, tam ex fragilitate humana, quam ex debilitate corporae nequeentes eandem Regulam observare, dispensum sue salutis incurant. Quod plurimi etiam asperitatem hujusmodi pertinaces, ab ingressu ejusdem Ordinis trahantur.

Hic iuxta Paus. d. regula mod. observantiam & cetera Regule.

§.9. Nos vero, qui plantare Religionem sacram, &

plantatam modis omnibus sovere intensis desideriis affec-

torum que ad eum car-

nem.

Imo sicut. II. temperie mitigantes, ac regulam ipsam moderantes, Apo-

stolica auctoritate tenore presentium statuum, ordina-

mus, & concedimus, quod dicti Ordinis prof.ores, qui

nunc sunt, & pro tempore erunt, tribus dumtaxat diebus

singulatum septimanarum, etiam quibus, ut praesertim,

jejunare juxta eandem regulam sint adstricti, praeterquam

in Adventu, & in Quadragesima, & aliis generalibus

prohibitis diebus carnibus vesci.

Misericordia in Cella-

re. & cetera Regule.

§.10. De ceteris eos, & eorum singulos circa præmis-

sa ad arctiorem observantiam, quam supra præmititur,

occasione professionis in dicto Ordine emissa, vel in

posteriorum emitende minime teneri.

Priviliegia & cetera Regule.

§.11. Et nihilominus Fratribus eisdem, qui Regulam

ipsam, ita ut præmititur, moderatam obseruantur,

quod eis proficiat in remissionem peccatorum, omnibus

& singulis privilegiis, indultis, immunitatibus, libertati-

bus, exemptionibus, protectionibus, & prærogativis ci-

dem Ordini per antea concessis, uti, & gaudere possint,

eadem auctoritate concedimus per praesentes: consti-

tutionibus Apostolicis, & statutis, consuetudinibus etiam

prædictis, & aliis Ordinis, & Regule predictis capitu-

lis, iuramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis

finitimè vallatis, ceterisque contrariis non obstantibus

quibuscumque.

§.12. Et ut ipsi Fratres in humilitatis, & paupertatis

spiritu, ac castimonia virtutum Domino famulantes, ad

hujusmodi mitigata regula observandam ferventius

animentur, omnibus, & singulis Fratribus dicti Ordinis,

presentibus, & futuri dumtaxat, qui regulam istam sic,

ut præmititur, moderatam obseruantur, seu in obser-

vantia ipsius vixerint, ut Superiores ipsorum dicti Or-

dinis, vel alias quiunque idoneus eisdem Ordinis fa-

cetos, omnium peccatorum suorum, de quibus corde

contriti, & ore confessi fuerint, semel tantum in mortis

articulo plenam remissionem in statu & sinceritate S. R.

F. ac obedientia, vel devotione nostra, vel successorum

nostorum Romanorum Pontificum canonice intran-

tium, necnon observantia predicta persistente, auctoritate

Apostolica concedere valeant, devotioni ipsorum, tenore

praesentium inducens. Sic tamen, quod iudeo Superio-

res, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda ei-
dem Fratribus, si supervixerint, vel per alios, si forte
transierint, & faciendam injungant, quamvis Fratres

facere teneantur, ut praesertim.

§.13. Et ne, quod absit, propter hujusmodi griam, Fra-

*Hoc ultima
declaratur.*

tres predicti reddantur procliviiores ad illicita in posse-

rum committenda, volumus, quod si ex confidencia remis-

sionis hujusmodi, predicti Fratres aliquando forte com-

mittent, quod illa predicta remissio nullatenus suffra-

getur.

§.14. Et insuper, quod per unum annum, ex quo nostra

præfens concessio ad cōcordem Fratrum pro tempore

existentium notitiam pervenerit, computando, singulis

sextis feris, impedimento legitimo cessante, jejunent.

Quod si predictis sextis feris ex præcepto Ecclesiæ,

regulati obseruantia, injuncta pœnitentia, voto, vel alias je-

juniare teneantur, una alia die singularum septimanarum

ejusdem anni, qua ad jejunandum non sint adstricti, jeju-

nent. Etsi in dicto anno, vel aliqua ejus parte essent legiti-

mè impediti, anno sequenti, vel alias qua primum potue-

rint, modo simili, supplere jejunium teneantur. Porro si

alias forsan prelibatum jejunum in toto, vel in parte adim-

plere commandè non potuerint, eo casu Superiores ipsorum

jejunium ipsum in alia pietatis opera, prout

saluti animarum illorum viderint expedire, commutare

valeant, quæ ipsi pari modo debeant adimplere. Alioquin

nostra hujusmodi præfens concessio, quod non obser-

vantes dumtaxat, nullius esset roboris, vel momenti.

Nulli ergo, &c.

Dat. Roma apud S. Petrum, Anno Incarnationis domi-
*Dat. 2. A.D.
nicae 1431. 1. Kalend. Martii, Pontificis nostri Anno 1.*

Privilegium Curialium sive Officialium Sedis Apostol. obsequiis existentium, aliorumque pro eorum negotiis ad eandem Sedem venientium, & apud eam commorantium, aut inde recedentium, ne interim extra Romanam Curiam convenientiantur.

*Hoc privilegium, quod Officiales actu exercentes, inno-
varunt & declaravunt Leo X. infra ejus const. 10.
Regimini. Et quod Clericos beneficiatos respectu
suum Ordinariorum, revocavit Concilium Tri-
dentinum in cap. 1. eff. 23. & cap. 11. eff. 24. Ac
generaliter restrinxit Pius IV. ad eos qui per an-
num in Curia resederint, ut infra in ejus const. 56.
Inter multiplices pastoralis, & præterea, & Paul. V.
in const. 44. Universi, in §. de Aud. Camera.*

E V G E N I V S E P I S C O P U S, S. I. 1431.
Seruus Seruorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Divina in eminenti Sedis Apostolica specula dispo-

nente clementia constituti, ad ea libenter intendi-

mus, per quæ Officiales predictæ Sedis obsequiis ejus,

ad quam veluti fideliom omnium matrem pro anima-

rum salute querenda, & justitia consequenda, de diversis

mundi partibus confluit multitudo, tutius, & quietius se

promptiores valeant exhibere.

§.15. Hic est, quod nos ex certis rationabilibus causis

motu, etiam nonnullorum prædecessorum nostrorum ve-

stigiis inhaerentes, districtus inhibemus locorum Ordinariis, necnon commissariis, & delegatis eorum, ceteris il-

lustris, & singulis, quacunque potestate, & autho-

ritate præfulgent, cujuscumque dignitatis, gradus, vel

præminenția fuerint, ne contra Officiales predatos, quo-

cumque nomine nuncupentur, in nostris, & dictæ Sedis

obsequiis, nunc & pro tempore existentes, necnon quol-

cumque alios pro suis, & eorum causis, & negotiis pro-

sequendi, ad Sedem prædictam venientes, ac in ea du-

cente negotiorum, & cauṣarum hujusmodi prosecutione

moram trahentes, & recedentes ab eadem, protendere, aut in

eos excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, aut

privacionis officiorum, vel beneficiorum, seu quavis aliam

senten-

sententiam promulgare presumant. Nos enim omnes & poteris, quanto per assumptionem hujusmodi major non singulos processus, ac sententias contra tenorem, & mensuram nostrae inhibitionis hujusmodi latas, & habitas, ac in posterum habendas, & promulgandas, & quicumque inde secura declaramus nulla, ferita, & inania, nullius que extitisse, vel existere roboris, vel momenti, necnon quicquid in contrarium à quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter attentatum forsan est hancenam, vel in posterum contigerit attentari, etiam decernimus irritum & inane.

§. 2. Et nihilominus in omnes, & singulos Ordinarios, ac officiales, commissarios, & delegatos eorum, qui se de dignitatibus, aut beneficiis Ecclesiasticis quibuscumque, officialium, aut negotia hujusmodi apud dicam Sedem prosequuntur, eos illis forsan privando, aut privatos decerendo, vel declarando, seu cujuscumque privationis praetextu illa personis aliis conferendo, seu si de illis in eas quomodolibet intromiscerint, tam in dantes, quam in recipientes, excommunicationis, suspensionis, & interdicti latas sententias promulgamus, quas volumus eos incurre ipso facto. A qua quidem excommunicationis sententia absolvit nequeant, nisi à nobis, vel per nos deputandis, praterquam in mortis articulo constituit.

§. 3. Praemissa autem à die affixionis praesentium ad valvas basilicae Principis Apostolorum de Urbe ex certa scientia quoescunque ligare volumus, & arctare.

§. 4. Non obstantibus Apostolicis, & quibuscumque in generalibus, provincialibus, vel synodalibus Conciliis editis constitutionibus, & ordinationibus, ac privilegiis, per quae effectus praesentium impediti posset quomodolibet, vel differri, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus habenda esset praesentibus mentione specialis, & quae praesentibus haberit volumus pro sufficienter expressis, ceterisque contrariai quibuscumque.

§. 5. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostram inhibitionis, declarationis, constitutionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. Rome apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadragecentesimo trigesimo secundo, octavo Idus Martii, Pontificatus nostri anno secundo.

Approbatio Congregationis S. Justinæ de Observantia Monachorum Ordinis S. Benedicti, cum declaratione circa Capituli Generalis celebrationem, Definitorum que ac Visitatorum, Abbatum, & Priorum electionem, & auctoritatem.

Hac bullæ in secunda ejus parte confirmatur à Gregor. XIII. in consl. 16. Nihil. Alia autem istam Congregationem concernentia rotabo in consl. Iulii 2. Super. Et inde videbis, eandem Congregationem Caffinensem appellari.

D. E V G E N I V S . E P I S C O P Y S ,
Servus Servorum Dei : Ad perpetuam rei memoriam.

Etsi ex sollicitudinibus debito pastoralis, sub regulari observantia singulis Altissimo militantibus, in his per quae suis statui & indemnitatibus consulitur, nos favorabiles esse debeat, pariter & benignos, præclaram tam dilectorum filiorum Monachorum de observantia Sanctæ Justinæ Congregationem Ordinis S. Benedicti, ad quos etiam antequam divina favente clementia ad apicum Summi Apostolatus assumeremur, speciali gessimus in Domino charitatis affectu, spiritualis dono lætitiae vitam, & conversationem contemplantes, quibus eis aliquique proficiunt, & salutaria piis fidelium mentibus exempla transmitunt, tanto solertia ea prosequi, nec non instaurare, studiis gerimus assiduis; per quæ Congregationis hujusmodi status feliciter adaugeri, solidarique

Bullæ. Mo. Tom. I.

poteris, quanto per assumptionem hujusmodi major non singulus processus, ac sententias contra tenorem, & mensuram nostrae inhibitionis hujusmodi latas, & habitas, ac in posterum habendas, & promulgandas, & quicumque inde secura declaramus nulla, ferita, & inania, nullius que extitisse, vel existere roboris, vel momenti, necnon quicquid in contrarium à quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter attentatum forsan est hancenam, vel in posterum contigerit attentari, etiam decernimus irritum & inane.

§. 1. Attento itaque quod fel. record. Martinus Papa

Quintus prædecessor noster, nonnulla eisdem Monachis

contulit privilegia, quæ non usque adeo ad pleniorum

eiusdem Congregationis soliditatem, argumentumne sunt

sufficientia, idcirco nos propter dictorum Monachorum

laudabilem vitam, & exemplares monachobus diu cogniti

præfatum prædecessorem nostrum sequentes, atque

ubi opportunum fuerit nonnulla innovantes, & adjicien-

tes, proprio motu, auctoritate Apóstolica, & ex certa sci-
entiæ, necnon irrefragabili, perpetuaque constitutione fa-
cilius, & præsentium serie statuimus, volumus pariter, &

ordinamus, quod omnes & singuli dictæ Congregationis

ordinem ipsum professi, præsentes & futuri, quanvis in

diversis pro tempore Monasteriis sive locis morentur,

unum tamen corpus, & una Congregatio existant. Quam

quidem Congregationem auctoritate, & scientia simili-

bus approbamus, & ut à Christi fidelibus in reverentia

& devotione habeatur hortamur, eamque sub Ordine, &

regula B. Benedicti esse declaramus, atque constituimus.

§. 2. Quodque pro corum salubriori statu in loco ad

id congruo, generale juxta laudabilem qua defuper du-

dum viguit consuetudinem, Capitulum per eos singulis

annis celebretur, nec illud postquam inchoatum fuerit, do-

nec pro alio futuro celebrando Capitulo similis locus ele-

ctus, & acceptatus extiterit, quomodolibet dissolvatur.

§. 3. In quo quidem Capitulo, novem ex his qui in

illo habere vocem possunt eligantur Definidores, qui sit

electi totum Capitulum præfatum representantes, pro

salubribus dictæ Congregationis successu, statuta, constitu-

tiones, & ordinationes, ac omnia, & singula, quæ in spiti-

ualibus ipsius Congregationis, ac præfata regula statu,

observantiam, & indemnitatem, nec non circa divini offi-

cii directionem, & ordinationem, absque tamen ipsius fe-

gulæ variatione substantia, vel effectus, interpretatione,

seu declarationem quomodolibet concernerè poterunt,

auctoritate prædicta instituendi, ordinandi, interpretandi,

declarandi, necnon ea quæ sic instituta, ordinata, inter-

pretata, vel declarata fuerint, in toto vel in parte, prout

terum & temporum qualitates exegerint, amovendi, al-

terandi & in melius commutandi, plenam & liberam in

omnibus habent facultatem. Quorum Definitorum sta-

tutis, constitutionibus, ordinationibus, & definitionibus,

& correctionibus, singuli de Congregatione hujusmodi,

cujuscumque dignitatis, status, gradus, sive conditionis

existant, in omnibus efficaciter patere teneantur.

§. 4. Volentes, ac statuentes quod hujusmodi Defini-

tores de prædictis Monasteriis, & locis, ac eorum bonis

prout utilitatibus prædictæ Congregationis videbitur

expedire, libere possunt disponere.

§. 5. Necnon eos ex ipsis Monachis præsentibus &

futuris, quos ad id idoneos judicaverint, in Abbates, &

Priores vacantium pro tempore Monasteriorum, ac Prio-

ratiuum hujusmodi, alias juxta dictæ Congregationis

constitutiones, ordinationes, & statuta eligere sive nomi-

nare, necnon ad beneplacitum eorum taliter electos sive

nominatos, abique aliqua dictæ causa cognitione à regi-

mine & administratione dictorum Monasteriorum qui-

bus tunc præfuerint, & quæ tunc propriez vacante cen-

scantur, absolvere, & amovere, ac etiam omnia & singula

qua in præmissis omnibus, & circa ea quomodolibet ne-

cessaria vel opportuna fuerint, facere & executi libere, &

licite possint & valeant.

§. 6. Planè ne post dissolutionem hujusmodi Capitu-

li prædicta Congregatio regimini solatio delitura re-

mancat, quinque vel plures, prout Definitoribus hujus-

modi vitum fuerit, Visitatores deputentur, quorum unus

juxta ipsum Definitorum dispositionem, Præsidentis

vicenu, nomenque suscipiat, & ad eum secundum hujus-

modi Capituli decreta, singula prædictæ Congregationis

negotia deferatur, ipsique Præsidentis & visitatores omnia

& singula faciant, disponant & exequantur, super quibus

ab hujusmodi Capituli muniti potestate fuerint, vel quæ

ab eo receperint in commissis, aut alias juxta eorum con-

stitutiones, & statuta, quorum officia insque ad sequentia

anno proximè futuro tunc celebrandum hujusmodi Congregationis Capitulum dumtaxat durent.

**Locus pro fl-
-ri. ro Capitulo
lectio non
mutari. nisi.
Ct.** §. 7. Locus autem Capituli prædicti , postquam ele-
ctus , & acceptatus fuerit , absque rationabili causa , de-
Præsidentis quoque , necnon majoris partis Visitatorum
cotundem alieno , nullatenus immunitetur .

¶ 5.8. Præterea Omnes & Singuli præsentes & futuri
dictæ Congregationis Prælati, necnon monachi conversi
& commissarii, libet ordinatorum Visitatorum, & consequen-
ter illorum Prælatorum, in quorum Monasteriis sive lo-
cis ipsi monachi conversi & commissarii morantur, obe-
dientiis sistant, eas hinc inde prout decens fuit humi-
liter impensuri.

ad religionem
modo & Pra-
lato recipiat
nisi pravia
matura deli-
beracione ac-
que confusio
duarum par-
tium Conven-
tient Imperium.

§.9. Et insuper ne facilitate præcipiti religionis jugum
quis accepte, nullus ex Monasteriorum sive locorum hu-
jusmodi Prelatis, absque deliberatione matura, necnon
duarum partium sui Conventus assensu. quempian in
monachum sive conversum Monasterii sive loci cui præ-
sit, quomodolibet ad professionem recipiat, aliter verd
inibi recepto, nisi postea prædictus accedat assensu stan-
di vel morandi ibidem sit penitus interdictum.

§. 10. Sanè &c cujuslibet materis turbationis adempta persona Congregationis hujusmodi quietius valeant Atkissimo familiariter, omnes & singuli quos de Prioribus in quibus professi fuere Monasteris & locis, ad alia praesentia & futura dictæ Congregationis Monasteria sive loca, juxta ordinationem Capituli hujusmodi transferri contigerit, aut alias pro conventionalibus quomodolibet deputari, ex tunc ab ipsis Prioribus, Monasteriis, atque locis realiter absoluti sint, & aliorum Monasteriorum locorumque prædictorum quandiu steterint ibidem monachi, ac suppositi reputentur, & pro conventionalibus inibi habeantur, in actibus & negotiis capitularibus, ac si ibidem professi fuerint.

§. 11. Postò ne præmissorum occasione Monasteriis, & locis Congregationis hujusmodi, vel eorum aliqui detrac-
tum fore quomodolibet estimetur, omnia Monasteria, &
loca prædicta necnon illorum Prælati, atque personæ
quibuslibet eis à Sede Apostolica, vel alias qualitercum-
que concessis, de jure seu consuetudine quomodolibet
debitis juribus, præminentiis, ac dignitatibus inconcul-
se gaudeant, & utantur, dummodo illa præmissis, & aliis
hujusmodi Congregationis ordinacionibus, & institutis
non obstant, nec propterea ex Monasteriis ipsiis unum
reputetur alteri subjectum, sed eis in sua libertate rema-
nentibus, illa viciitudinis administriculo conjuncta, sub
felici dicta Congregationis regimine uniformi regula-
ris observantia greatu sibi invicem suffragentur.

§. 12. Adjacentes quod quotiescumque Praelatus aliquis Monasterium cui presuerit ad ejusdem Congregationis observantiam reducere, & sub illa reformare delegerit, juxta statuta, decreta, necnon ordinationes Congregationis huiusmodi, prout congruentius poterit ipsam reformationem faciat, ejusque desuper acta, conventiones & modi, quæ de consenfu Congregationis ejusdem, vel illorum quos ad id deputaverit in formam publicam redacta fuerint, eo ipso confirmationis Apostolica sunt rebore suffulta.

art. v. d. §. 13. Sane cum prædictus prædecessor prædictæ Congregationi concesserit, quod vacantibus Monasteriis, quæ tunc erant dictæ Congregationis, electiones rectè & canonice celebrande à iubus partibus eligentium auctoritate Apostolica confirmatae ipso facto censerentur. Quodque de omnibus redditibus Monasteriorum prædictorum quinta pars pro decenti sustentatione Prælatorum deputaretur, aliae vero quatuor partes per Cellariorum absque contradictione Prælatorum in monachorum, & conventuum utilitatibus dispensarentur.

H. et alii Pmp. §. 14. Nos attendentes quod hujusmodi ordinations & decreta, non ad conservationem & augmentum dictæ Congregationis, sed ad ejus dispendium maximum cedent. & detrimentum, omnia & singula statuta, ordinations & decreta electionum, & reddituum divisiones hujusmodi revocamus pariter & nullamus. Volentes & fituentés quod electiones Abbatum & Priorum ad dictæ Congregationis Capitulum generale, aut Præsidentem, &c. Videlicet iuxtam ordinem suum, & secundum suam

tem, & eorum constitutiones, & Statuta pertineant, quibus taliter electis, juxta regulam B. Benedicti, & eorum constitutiones, Monasteria ipsa sive loca, & eorum bona tam in spiritualibus quam temporalibus regendi & gubernandi, libera & licita sit facultas.

§. 15. Non obstantibus præmissis, ac aliis constitutio-
nibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam si de illis
specialis & expressa, ac de verbo ad verbum presentibus
mentio habenda esset, quibus quoad præmissa specialiter
derogamus, necnon Monasteriorum, Prioratum &
Ordinum prædictorum juramento, confirmatione Apo-
stolica, vel quacumque firmitate alia roboratis statutis,
& consuetudinibus, ceterisque contrariai quibuscumque.

Datum Roma apud S. Petrum, Anno Incarnationis Domini
m. 143, nono Kal. Decemb. Pont. nostri secundo. D.P.
Nulli ergo, &c. Si quis, &c. Nov.

Quod Festivitas Sanctissimi Corporis Christi,
etiam in Octava celebretur duplicatis indul-
gentiis à Praedecessoribus Pont.concessis.

Hanc Festivitatem instituit Vrb. IV. ut sup. in ejus
const. a Translitoris ubi alia indicari.

E V G E N I V S E P I S C O P V S , Edm.
Servus Servorum Dei: Ad ulternam rei memoriam. 1433

Excellensissimum Corporis & Sanguinis Domini nostri Iesu Christi Sacramentum, quod appropinquare passionis ejus hora Dominus ipse signo praecipui quo nos dilexit amoris salubriter instituit, ejusque commemorationem sacratissimam jugi mentis exultatione contemplantes, ad hoc inter singulos hujusmodi mercatos sanguine spiritualia dispensare munera votis exposcimus, ut illi condignis allurgentibus laudibus, sua frequentius ad ipsius venerationem Sacramenti corda dirigantur, & eo quo corporalis habetur praesentia Salvatoris viatico fructus vita complectentes aeternae cœlestia descendant, ipsum qui se nobis in edulium tribuit perpetuam conspecturi.

§.1. Sancte quatuor piae mem. Urbanus Papa Quartus præ-
decessor noster, &c. Et subsequenter Martinus PP. V.

Omittitur narrativa harum const. quia habes supr.

§.2. Nos vero quos interim ad summi Apostolatus apicem divina clementia perduxit, etiam pro frequentiori hujusmodi veneratione Sacramenti summis gestientes affectibus nostri partes ministerii salubriter imperit, nec non relaxations, & concessions praeditas Apostolici robore munimini ipsorum nationi fidelium cōmittentes praemissis per eundem Martinum praecessorem, ut præfertur relaxatis diebus alios totidem dies pariformiter ab ipsis fidelibus consequendis adjicimus per praesentes.

§.3. Et in alius universos Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, & alios Ecclesiarum Praelatos monemus ac hortanur in Domino, ac eis per Apostolica scripta in virtute sancte obedientiae districte praecipiendo mandamus, & in remissi me peccatum in jungimus, ut per se vel alios eorum subditos per singulas suatum Civitatum & diocesum Ecclesias in dominica feriam & festum praedicta proxime precedente, salutaribus ad venerationem portissime Sacramenti hujusmodi monitis & exhortationibus praesertim, quorum etiam tenor inter matutinales festorum, nec in dierum octavatum hujusmodi lectio-nes recitetur, literarum continentia & effectu publicare & insinuare procurent, ut ejusdem Sacramenti suffragante mysterio sub liti & fideles ipsi spiritualium gratiarum uberiori fulciantur augmento, & ab illo, qui se per ipsum immolavit hostiam, post hunc vitæ cursum ad gloriam perducantur æternam.

§.4. Verum quia difficile foret hujusmodi literas singulis exhiberi. volumus & eadem auctoritate decernimus, quod ipsam transumpto manu publica, & sigillo alicuius Episcopalis vel superioris Ecclesiastice Curie munito, tanquam praefatis, si originales exhiberentur literis plena fide adhibeatur, & perinde ac si originales literae forent exhibitis vel offensas.

Baru

EUGENIUS QUARTUS.

343

Datum Romae apud S. Petrum, Anno incarnationis Domini 1433. Septimo Kalend. Junii. Pont. nostri Anno tertio.

Contra simoniacæ pravitatis reos, eorumque mediatores.

Similis constitutio Pauli II. est inter extravaugantes communes in tis. de Simon. & utraque istarum, cum ceteris aliorum Pontificum constitutionibus, confirmatur à Pio Quinto infra in const. 5. Cum primum.

E V G E N I V S. E P I S C O P V S, Edita A.D.
Servus Servorum Dei: Dilectis filiis Priori, & universis
Fratribus domus Fratrum Eremitarum Camaldulensis, presentibus,
& futuris, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum detectabili scelus simoniacæ pravitatis tam diuinum scripturarum, quam factorum Canonum auctoritas abhorreat & damnet, nos considerantes, quod plurimæ pœnaru[m] gravitas, quam Dei timor avertere solet à voluntate peccandi, ac summis desideriis affectantes, ut hoc pœniferum vitium non ex usu solum, sed etiam ex mentibus hominum, saltem propter pœnaru[m] metum pernitus evellatur.

§. 1. Prædecessorum Romanorum Pontificum vestigiis inherendo, ac etiam omnes & singulas excommunicationis, suspensionis, privationis, & interdicti sententias, censuras, atque pœnas dudum à Pontificibus prædictis, & pro talibus reputatis contra simoniacos quomodolibet latas, & quas illos, cuiuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, vel præminentia fuerint, etiam si Cardinalatus, Patriarchali, Episcopali, Regali, Reginali, vel alia quavis Ecclesiastica, seu mundana dignitate præfulgeant, & eorum quilibet, tam manifestum quam occultum ipsò facto incurtere volumus, confirmando, & innovantes, auctoritate Apostolica declaramus, quod omnes illi qui simoniacè ordinati fuerint, à suis sicut ordinibus suspensi, per electiones verd, postulationes, confirmationes, provisiores, seu quafvis alias dispositiones, quas simoniz labi fieri contigerit, & quæ viribus omnino careant, in Ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis Ecclesiasticis, quibusvis beneficiis, aut aliquo eorum cujuscumque jus nullatenus acquiratur, nec inde faciat aliquis fructus suos, sed ad omnium illorum quæ perceperit restitucionem, sub anima sua periculo sit additricus. Statuentes præterea, quod universi & singuli, & etiam præmissa dignitate prædicti, qui quomodolibet dando vel recipiendo simoniam commiserint, aut quod illa fiat, mediatores extiterint, seu procuraverint, sententiam excommunicationis incurvant, à qua nisi à Romano Pontifice pro tempore existenti non possint absolvi, præterquam in mortis articulo constituti.

§. 2. Et ut hujusmodi labis contagium frequentius reprimatur, omnibus & singulis Ecclesiasticis, & sacularibus personis, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, seu conditionis fuerint, in virtute sanctæ obedientiæ distictè injungimus, ut eos omnes, quos simoniam hujusmodi commississe vel procurasse, aut in ea mediatores esse scierint, Pontifici prædicto, vel ejus Camerario, aut cui idem Pontifex duxerit committendum, per se vel per alios revelare quam citius non omittant, quod si non fecerint, absolviri non debent, donec prædicta revelent. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c.

Datum Romæ apud S. Chrysogonum, Anno Incarnationis Dominice 1434. X V. Kalend. Junii Pont. nostri Anno 4.

III. Ampliatio indulti à Greg. IX. concessi eremo Camaldulensi Monachorum Ordinis S. Benedicti, recipiendi religiosos aliorum Ordinum.

Hoc indultum Gregor. IX. est const. i. supr. Fervor, ubi alia remissive notavi.

Lla quæ pro tranquillo personarum sub Religionis exercitio, habitu Domino famulari desiderantium, studio pia vita, statu provide facta sunt, ut illibata persistant, cum a nobis petitur, Apostolicæ confirmationis robore communimus, eaque ampliamus, & extendimus, prout in Deo hoc conspicimus salubriter expedire.

§. 1. Sicut dilectorum filiorum prioris, & fratrum Greg. nro. domus Eremiti Camaldulensis, per Priorem solite gubernari, nuper habita petitio continebat, quod olim felicis recordationis Gregorius Papa IX. prædecessor noster, Priori, qui tunc erat, & Fratribus dictæ Eremiti, pro eo cum, & iphius Eremiti incremento quoddam literas concessum, in hac verba.

Hac bullæ non interiur, quoniam habes eam super.

§. 2. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, Dubium sub obseruatur. eudo. i. bullæ diversa privilegia, & indulcta diversis Congregationibus diversarum domum, & Monasteriorum, ex post per Apostolicam Sedem concessa, necnon diversas alias constitutiones, & ordinationes editas, concessionis præfati prædecessoris nostri plurimum derogatum existit, propter quod multi, qui in dicta Eremo Altissimo famulari affectant, ab eorum proposito retrahuntur. Quare pro parte dictorum Prioris & Fratrum nobis fuit humiliiter supplicatum, ut eis super hoc opportunè providere) dictæque concessioni robur Apostolicæ confirmationis adjicere, & etiam quantum opus est, ipsam ampliare de benignitate Apostolica dignaretur.

§. 3. Nos itaque de præmissis plenius informati, prioris & Fratrum predicatorum supplicationibus inclinati, concessionem prædictam, necnon dictas literas, & quæcumque in eis contenta, rata, & grata habentes, ex auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Vobisque ut omnes, & singulos, cuiuscumque Ordinis existant, & de quibuscumque Congregationibus, dominibus, seu Monasteriis, sive mendicantiis, sive non mendicantium, etiam Carthusiensis, Ordinis, venerint, qui in Eremo vestra, sub ordine & habitu vestro, in ipsa Eremo Altissimo perpetuè famulari elegerint, Superiorum ipsorum licentia petita, licet non obtenta, sine cuiusquam contradictione, & alias secundum præfati prædecessoris nostri in dictis literis contentam voluntatem, recipere & retinere possitis, tenore præsentium indulgenuis.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinacionibus, privilegiis, & indultis quibuscumque, sub quævis forma verborum in contrarium forsitan factis, seu faciendis. De quibus etiæ & eorum totis tenoribus, in præsentibus esset habenda mentio specialis. Nulli ergo, &c.

Datum Florentiae, Anno Incarnationis Domini 1475. Dat. P. Am. 24. No. 2em.

vij. Kal. Decemb. Pontificatus nostri Anno quinto.

Privilegia & gratiae, ac exemptiones Congregationis S. Justinæ de Observantia, Monachorum Ordinis S. Benedicti.

Sub hac die vidi etiam eisdem Pontificis similem constitutionem incipientem. Etsi quoque sit. Hanc tamen ut pleniorē ponere arbitratus sum.

Congregatio prædicta Cassinensis nuncupanda est, quia Monasterium Cassinense ubi corpus S. Benedicti requiescit, ceterorum caput existit, ut in const. i. Juli i. II. Super cathedram, ubi alia tibi indicabo.

E V G E N I V S. E P I S C O P V S, Edita A.D.
Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

*R*egularem vitam agentibus Apostolicum convenit radesse præsidium, ne forte cujuslibet temeritatis cursus, aut eos à proposito revocet, aut robur (quod abicit) religiosis infringat.

*Appellatio nō
dicitur à cor-
regione Prae-
latorum.*

*Causarum
cognitio sit,
reiectio apic-
bus juris.*

*Apostolarum
vngario pre-
bibern.*

*Celērāndi
facilius tem-
pore interdi-
cti.
Limitatur per
Council. Trid.
ff. 13. & 12.*

*Orationes sacra-
e obsequia
Ant. sive re-
cipienda.
Fas referibi-
tur à loci.
Tr. d. m. eff. 8.
2. 11.*

*Exemptio ab
exadiutoribus
et auxiliis
n. Ordinarii.
unus.*

§. 1. Cupientes itaque dilectoram filiorum Congregationis Monachorum Unitatis alias de oblatione S. Iustinae nuncupatae Ordinis S. Benedicti, Nechi ac Romanæ Ecclesiæ immediate subiectæ opportunitatibus, & commodis propter eorum excellentiam meritorum, atque viæ sanctimonium nos reddere benevolos, & favorabiles. Motu proprio, non ad ipsorum Monachorum, nec alicuius alterius super hoc nobis oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, ne negquam spiritus veneno afflatis malignandi in ipsa Congregatione materia præbeat, auctoritate Apostolica statutimus, distictiūs inhibentes, ne cui Prelatorum, vel Monachorum dictæ Congregationis ab iunctis ordinatiōibus, correctionibus, & mandatis Capituli generalis, sive Præsidentis, seu Visitatorum, aut Rectorum ipsius Congregationis ad quemcumque etiam ad Sedem Apostolicam, nisi de speciali indulto summi Pontificis, licet appellare, appellationem nihilominus, si quam interponi contingat, cum inde sequitur irritam decernendo.

§. 2. Cum autem contra aliquem Prælatum, vel Monachum dictæ Congregationis agi contigerit civiliter, aut criminaliter, secundum consuetudines, & statuta Congregationis prædictæ, juris communis apicibus, dilationibus, terminis, litium anfractibus omisitis, procedi debeat tenore præsentium volumus, & mandamus.

§. 3. Statuentes, quod Prælati dictæ Congregationis, contra Monachos eosdem, qui licentiam se ab Apostolica Sede habere dixerint, ad aliud quodcumque Monasterium, sive locum se transferendi obtenui literarum Apostolicarum, nisi in ipsis literis specialis, nominata, & expresa fieret mentio de ipsa Congregatione, & hujusmodi indulto eidem concessa, revocato, & tunc si infra tres menses id non impleverint, tanquam contra apostatas agere valeant, nisi tempus in literis Apostolicis fuerit expressum, infra quod se debeant ad hujusmodi Monasteria, sive loca transalpasse, quo casu non prius agere possint contra eos quam dicta tempora fuerint elapsa.

§. 4. Ceterum cum per alias nostras certi tenoris litteras, quarum tenorem hic haberi volumus pro expresso memoratae Congregationi duxerimus indulgendum, ut si contingat civitates, terras, vel loca, in quibus Monasteria, sive loca dictæ Congregationis consistant, Ecclesiastico esse supposita interdicto, ipsi tamen dictæ Congregationis Prælati, & Monachi, januis clausis, interdictis exclusis, submissa voce, Missas, & alia divina officia celebrare possint. Nos volentes Congregationem ipsam uberioris dono gratiae confovere, ut hujusmodi tempore interdicti, etiam conversi, commissi, capellani, & laici qui intra septa ipsorum Monasteriorum, sive locorum, pro tempore habitaverint, à præfata Congregationis Monachis ad id deputatis, Missas, & alia divina officia audire, & Ecclesiastica sacramenta licite suscipere valeant, similiter præsentium tenore statuimus.

§. 5. Insuper cum dudum Congregationi hujusmodi, quod Monachi præsentes, & futuri præfata Congregationis præsentati à suis Superioribus ordinari possint a quocumque Catholicó Episcopo, per antefatas nostras litteras indulserimus, volentes etiam eandem Congregationem amplioribus favoribus prosequi, quod absque alio examine Monachi hujusmodi ordinari debent a præsentantium conscientia confidentes. Quodque Congregationi hujusmodi quocumque Catholicum Episcopum gratiam, & communionem Sedis Apostolice habentem in dictæ Congregationis Monasteriis, & locis dumtaxat ad vocare valeant, cui licet Apostolica auctoritate absque aliqua licentia, & contradictione Dicæsanis, nulla (ut præteritur) examinatione premissa, Monachos ordinare, Missas celebrare, Ecclesiæ, Altaria, & vasa consecrare, vestes benedicere, & alia pontificalia exercere, de quo Dicæsanum loci non oporteat timere, quod hujusmodi ordinations occasione juris sui præjudicium incurrat, eadem auctoritate indulgemus.

§. 6. Cumque alias per eadem nostras litteras Congregationem præfatam ab omni iurisdictione Ordinariorum, & a charitatibus subsidiis, ac omnibus oneribus eximentes sub nostra, & B. Petri protectione suscepimus,

m̄s, propter in dictis literis plenus continetur, quarum tenorem hic volumus haberi pro sufficienter expresso, in dubium postea versum est (prout nobis relatim extitit) an antiquos census, ratione visitationis, aut subjectionis hujusmodi Ordinariis, Universitati, Collegiis, sive Capitulis, haec tenus debitos Monasteria dictæ Congregationis cetero solvere teneantur. Nos volentes super hoc de opportuno remedio provideremus, declaramus, & nihilominus de novo statutus quod dictæ Congregationis Monasteria, sive loca à die exemptionis hujusmodi ab omnibus censibus, redditibus, & solutionibus, ratione visitationis, aut subjectionis quocumque jure haec tenus debitis, aut in futurum debendis, quibuscumque Ordinariis, Capitulis, Collegiis, Congregationibus, Universitatibus, aut aliis quibuscumque personis de plenitudine potestatis Apostolica omnino liberamus, & penitus absolvimus. Non obstantibus præscriptionibus, constitutionibus, consuetudinibus, statutis, decretis, & privilegiis Apostolicis quibuscumque in contrarium facientibus, de quibus specialis, & expressa, ac de verbo ad verbum esset mentio facienda.

§. 7. Ut autem hujusmodi Congregationis Monachi libertus in eorum regularis vita observantia valeant perdurare, omnes, & singulos Episcopos, vel locorum quorumlibet Ordinarios, aut alias quavis personas, ad Monasteria, sive loca dictæ Congregationis, causa ordinis celebrandi, seu causas civiles, aut criminales exercendi, Conventus, sive Synodos, & processiones convocandi, Missas, & alia Officia celebrandi sub excommunicationis pena, quam incurvant ipso facto si aliter attentaverint, accedere, vel immorari ipsis invitis, tenore præsentium prohibemus.

§. 8. Planè ut hujusmodi Congregationis Monachi in vita honestate, & odore bona famæ apud Deum, & homines conserventur, & quia ibi cautius est agendum, ubi maior imminent periculum animarum, eadem auctoritate statuimus, quod nulli hominum licet quascumque mulieres laicas, seu religiosas, cujuscumque ætatis, status, gradus, auctoritatis vel conditionis existant, quavis occasione ducere, sive ipsis mulieribus ingredi, seu commemorari intra septa Monasteriorum prædictæ Congregationis, quod si aliter scienter attentatum fuerit, tam ipsæ mulieres, quam eorum duces, sed & ipsi receptatores, si voluntariè hoc fecerint, ipso facto sententiam excommunicationis incurvant, à qua dictæ Congregationis persona absolvī possint per Præsidentem, & Visitatores Congregationis hujusmodi.

§. 9. Quin etiam ne præfata Congregationis Monachi ab eorum quiete distracti, Romanam Cutiam pro crebris obtinendis licentias frequenter adire cogantur, quod omnibus easibus, in quibus de jure communi, Prælati, & Monachis dictæ Congregationis auctoritas, sive licentia, dispensatio Ordinarii esset necessaria, si ab eisdem exempti non essent, Prælati, Abbatibus, Prioribus, & Rectoribus hujusmodi, qui pro tempore fuerint, una cum eorum Conventibus auctoritate Apostolica absque eo quod ad Sedem Apostolicam habeant recursum, hujusmodi licentiam, & auctoritatem tenore præsentium indulgemus.

§. 10. Prohibemus etiam ad obstruendas vias, quibus præfati Monachi extra Congregationem hujusmodi in eatum præjudicium animarum vagari possent, omnes, & singulas personas, Ecclesiasticas aut seculares, cujuscumque status, gradus, vel conditionis existant, & quacumque præfulgeant auctoritate, vel dignitate, ne quicquam ex Prælati, vel Monachis Congregationis prædictæ penes se obsequiorum, vel servitorum aliquorum sui, vel Monasteriorum suorum obtentum, aut si absque licentia suorum Superiorum à se diverterint, seu alia quavis causa à dictæ Congregatione abstrahere, seu etiam ad se sponte venientes retinere præsumant, etiam auctoritate literarum Apostolicarum, in quibus de hujusmodi persona, ac Congregatione, nominatis, & expressè, mentio facta non fuerit, absque consensu Capituli generalis, seu Præsidentis, & majoris partis Visitatorum Congregationis ejusdem, sub pena excommunicationis, quam ipso facto incurvant, si facta eis notitia de hujusmodi privilegio infra

EVGENIUS QUARTUS.

343

§. 10. Intra tres dies personam ipsam dicta Congregationis non restituisint cum effectu, vel ab eis abjicerint, à qua sententia non nisi in mortis articulo, & à Sede Apostolica recipiētes, & receperis absolvī possunt. Non obstantibus quarumcumque religionum, vel Ordinum, aut alterius cuiusvis personae privilegīo, & indulxit quibuscumque, de quibus esset specialis, & de verbo ad verbum mentio facienda, quibus omnibus volumus nominationem, & specialiter per hujusmodi indulximus, quoad præmissa derogari.

§. 11. Præterea, ne quies, & pax Monachorum, & personarum ad dicta Congregationem quovis modo, etiam per indicium conturbari contingat, quascumque sententias latas ab Ordinariis, seu quibuscumque personis, quacumque præfulgeant dignitate, contra benefactores dictæ Congregationis, & occasione beneficiorum eisdem collatorum ab eis, aut quia subditii eorum cum hujusmodi Monachis converserunt, seu ab eis recipienti absolutoris beneficium, & Eucharistia Sacramentum, ipso facto irritas, & inanes eadem auctoritate decernimus.

§. 12. Quidam interdum contingat nonnullos Monachos inobedientes, & rebelles à Monasteriis, & eorum Superioribus redemptio substrahere, & ut invitis Superioribus redemptio Apostolicas literas impetrare, hujusmodi malignitatibus obviare volentes, ne quis præfata Congregationis Monachos, vel Prælatos vigore quarumcunque literarum hujusmodi, nisi nominatum, & expresse apparetur de mente summi Pontificis, qui pro tempore fuerit, huic nostro induito velle derogare, ad ipsos recipientium compellere possint, etiam hujusmodi literis clausula, Privilegiis, & indulxit dicta Congregationi concessis non obstantibus, & de quibus expressa mentione debet, expresse continetur, præsentis pagina teneatur decernimus.

§. 13. Insuper tranquillitati eorum intendentes, ne i, qui Marcha circa plurima satagentis officium dimiserunt, eligentes potius cum Maria circa pedes Domini residere, ad audiendum Verbum illius, cœlum turbinibus perturbentur, si contingat aliquem literas Apostolicas commissoriam de administranda justitia, executione facienda, visitatione exercenda, aut alia quavis causa ad aliquem Prælatum, vel Monachum dictæ Congregationis directas, impetrasse, nisi huic induito expresse, specialiter, & nominatum derogetur ad hujusmodi causas, talium obtentu literarum, præter liberam eorum voluntatem procedere, vel eas exequi minime tencantur, indulxi hujusmodi tenore decernimus.

§. 14. Planè ne Prælatos, & Monachos hujusmodi causatum strepitum inquietet, & ab otio sancto deducat, ne quis Prælatos, Monachos, & personas de hujusmodi Congregatione subire de calunnia, & veritate dicenda juramentum, aut ad deferendum testimonium, quacumque ex causa compellat invitatos, sive extra civitates, & dioceses suas trahat, seu in eos, vel eorum aliquem, propter excommunicationis, vel alias censuræ, seu penitentientiam proferat, per literas Apostolicæ Sedis, vel Legatorum ejus, nisi in eisdem literis de hujusmodi indulgentia plena, & expressa, ac de verbo ad verbum facta fuerit mentione specialis, eadem auctoritate indulximus, excommunicationis, suspensionis, & interdicti, & alias sententias, si quas in eos, vel aliquem eorum contra indulxum hujusmodi promulgari contigerit, decernentes præsentum tenore irritas, & inanes. Prælati, & Monachis Congregationis predictæ Monachorum, conversorum, & commissorum ipsius Congregationis in causis eorumdem civilibus, & criminalibus testimonio liberè, & licet uti posset, tenore præsentum declaramus.

§. 15. Quodque præfata Congregationis Monasteria, bona mobilia, & immobilia in quibuscumque civitatibus, & locis quovis titulo acquirere possint, petendi etiam, & exigendi Monachis, & personas hujusmodi præfata bona undecimque, vel qualitercumque est debita, & quæ in seculo remanserint, jus petendi, & exigendi habere ipsa eorum Monasteriis acquirenda. Non obstantibus quibuscumque statutis, ordinationibus, & decretis cuiusvis Ecclesiasticæ, sive sacerdotiis personæ, Communianis, Collegiis, sive Universitatibus, aut alterius cujuscumque gradus, status, dignitatis, officii, & auctori-

tatis existat, præsentium literarum serie statuimus.

§. 16. Præterea cum sèpè contingat, ob devotionem Confessionis quam ad Monachos præfata Congregationis nonnullæ audire vallo, personæ habent singularem, ad præfatos Monachos præcatorum salutem animarum recurrere: Nos volentes eorum devotioni satisfacere, & in favorem religionis, ac observationis regularis, quod liceat hujusmodi personis, dicitur Congregationis Prælatos, sive Monachos deputatos a suis Superioribus ad audiendum confessionem accedere, quas possint audire absque aliqua dictarunt personarum superiorum licentia, & contradictione, ac eis absolutionis beneficium impendere ab omniibus peccatis, & dispensare super omnes casus, præter ea peccata, & eos casus, de quibus ipsius Congregationis ad eorum ordinarios videbatur recurrentem, aut de quibus esse Sedes Apostolica merito consulenda, & eis ministrare Eucharistia Sacramentum de specialis dono gratia elargimur.

§. 17. Quin etiam cum religiosis favore nonnulla illegitimi dignitatis cognitio, alias interdicti solent, quod si qui ex Monachis Congregationis præfata defecit natalium patientur, in Monasterio tamen alias laudabiliter conservati, hujusmodi defecit non obstante ad sacros ordinaciones, & officia, prælationes, dignitates, & honores in eorum Monasteriis juxta constitutiones eorum, libertè, & licet valeant promoveri Congregationi memoratae tenore præsentium indulgemus.

§. 18. Volentes insuper quod Prælati Congregationis præfatae, licet munus benedictionis non acceperint, per ab hoc beneficiis tam etiam Monasteria ipsius Congregationis regere, & administrare, ac omnes actus in ipsis valeant exercere, ac si munus hujusmodi fuerint confecuti.

§. 19. Adjacentes etiam, quod si quandoque contigerit per aliquem, aut plures actus contra hujusmodi decreta, privilegia, & ordinationes, aut ipsorum aliquod a quo cumque, cujuscumque conditionis, dignitatis, gradus seu status existat, ex negligenti vel ignorantia præsentium, & futurorum, quibus haec conceduntur, aut alia quavis causa, propter quam fuerit aliter attentatum, vel pro tempore observatum, ignoranter, vel scienter, nullum tamen præjudicium decretis hujusmodi volumus generari, sed in suo vigore & robo permanere.

§. 20. Postrem cum plerumque contingat præ nimia importunitate petentium, ac negotiorum multitudine, & suppressione veritatis, summos Pontifices fatigatos, aut circumventos ea concedere, quibus alias nullatenus annuerent, auctoritate præsentium statutis, decernimus, & ordinamus, quod quacumque litera Apostolicæ, etiam proprio motu confectæ, aut in futurum confideant, eti in eisdem clausula, privilegiis & indulxit dictæ Congregationi concessis non obstantibus, & de quibus expressa mentione fieri debet, expresse continetur, quæ obvient, & contrafaciant huic præsenti privilegio, aut cuiilibet ejus particula, nisi appareat evidentissime, & apertissime, quod summus Pontifex qui pro tempore fuerit, huic indulto vel alicui ejus parti, vellet per literas Apostolicas derogare, facientes specialem mentionem de verbo ad verbum ex certa scientia de hujusmodi privilegio, ac ipsa Congregatione, diversis nominibus eam nominando, per haec præcisæ vocabula Congregationem unitatis, alias de observantia S. Justinæ nuncupatam, causasque legitimas allegaverit, cur his obviare intenderat decretis, nullius sit roboris vel momenti.

§. 21. Non obstantibus in Constantiensi, & aliis Conciliis, ac à fel. recordat, Innocentio Quarto, & Martino Quinto, necnon aliis Summis Pontificibus prædecessoribus nostris editis constitutionibus, & ordinationibus, etiam si illis specialis, & expressa, ac de verbo ad verbum præsentibus mentio habenda esset, quibus quoad præmissa specialiter derogamus, necnon Monasteriorum, Prioratum, & Ordinum prædictorum juramentis, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia corroboratis statutis & consuetudinibus, ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Nulli ergo, &c.
Datum Bononiæ Anno incarnationis Dominicæ 1436. D. b. A. 6.
pridie Kalendarum Julii, Pontificatus nostri Anno 30. Iunii
sexti.

Siquidem

EVGENIVS QVARTUS:

Sequitur exemplum de qua in rubrica.

Edicto An. D. E V G E N I V S E P I S C O P V S,
1436. Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

*Statutum.

Enuntiationis
aliorum con-
fessionum.

Confessio ex-
ceptio à Par-
rochianis, Epi-
scopis & aliis
de portione
canonica, de-
rej. Bona &
legatorib. Con-
gregacioni.

Quibuscumque
non obstante-
bus.

Irratio con-
siderationum.

D. P. An. 6.
die 4. Iulii.

IX. Jurisdiction & facultates Judicium Conservatorum quacumque litium Congregationis Cassinensis, alias S. Justinæ de Padua, Monachorum Ordinis S. Benedicti.

Alios Conservatores magis generaliter dedit Innoc. VII. ut infra in ejus const. 8. Devotionis.

Quoad hujusmodi Conservatores, vide etiam infra constit. 41. Pii V. Et si in §. Et ut fratres, & Clem. VIII. constit. 3. Sanctissimus, revocavit quacumque electiones de Judicibus Conservatoribus factas, & novam de eis, eorumque electionibus in posterum fieri.

dig formam tradidit Greg. XV. in sua Const. 7. San-
ctissimus, inf. tom. 4.

E V G E N I V S E P I S C O P V S,
Servus Servorum Dei. Venerabilibus Fratribus, Archie-
piscopo Mediolanensi & Castellani, ac Christophoro Ari-
minensi Episcopis, necnon dilecto filio Abbae Monasterii
Cassinensis nullius diaecesis, Salutem, & Apostolicam bene-
ditionem.

M illanti Ecclesie, licet impenitenti, disponente Domi-
no, Præsidentes, circa curam Ecclesiastum, & Monas-
teriorum, aliorumque piorum locorum omnium, soler-
ta redimur indecessu folliciti, ut juxta debitum pastora-
lis officii, eorum occurramus dispendiis, & profectibus,
divina cooperante clementia, salubriter intendamus.

§. 1. Sancte dilectorum filiorum Præsidentis, Visitato-
rum, & Prælatorum Congregationis Monachorum, Mo-
nasteriorum, Prioratum, domorum, & locorum unitatis,
alias de Observantia S. Justinæ nuncupata, Ord. S. Be-
nedicti, ad Rom. Ecclesiam nullo medio pertinentis, con-
questionem percepimus, quod nonnulli Archiepiscopi, Epi-
scopi, aliqui Ecclesiastici Prælati, & Clerici, ac Eccle-
siast. personæ, tam religiose, quam sacerdotes, necnon Du-
ces, Marchionis, Comites, Barones, Nobiles, Milites, &
Laici, Communia Civitatum, Universitates Oppidorum,
Castrorum, Villarum, & aliorum locorum, ac aliæ singu-
lares personæ civitatum & diœc. & aliarum partium di-
versarum, violatunt, occuparunt, & occupari fecerunt
Ecclesiast. castra, villas, & alia loca, sive membra, terras,
domos, grangias, molendina, decimas, obedientias, cas-
alia, vineas, prata, nemora, pasciones, possessiones, jura,
privilegia, & jurisdictiones, necnon fructus, census, red-
ditus, & proventus dictæ Congregationis, ac Monas-
teriorum, Prioratum, domorum, aliorumque locorum sub
Congregatione hujusmodi comprehensorum, sive illi
subjectorum, & nonnulla alia bona mobilia & immobi-
lia, spiritualia & temporalia, ad Congregationem, sive
Monasteria, Prioratus, membræ, necnon subjecta, domos,
& loca hujusmodi spectantia, & ea detinent indebet
occupata, seu ea detinentibus præstant auxilium, consilium
vel favorem. Nonnulli citiani civitatum, diœc. & partium
prædictarum, qui nomen Domini in vacuum recipere non
formidant, eisdem Præsidenti, Visitatoribus, necnon dilec-
tis filiis Abbatibus Monasteriorum, & Prioribus Pri-
oratum prædictorum, ac eorundem, necnon Congrega-
tionis, ac subjectorum domorum, & locorum hujusmodi
personis alii, super prædictis Castris, Villis, & locis
aliis, terris, dominis, pertinentiis, possessionibus, juribus,
& jurisdictionibus, fructibus, censibus, redditibus, & pro-
ventibus eorundem, ac quibuscumque aliis bonis mobi-
libus & immobilibus, spiritualibus & temporalibus, &
aliis rebus ad Congregationem, Monasteria, Prioratus,
necnon subjecta, domos, & loca hujusmodi spectantibus,
multiplices molestias & injurias inferunt, ac jaeturas.

§. 2. Quare dicti Præsidentes & Visitatores nobis hu-
miliiter supplicarunt, ut cum eisdem valde reddatur dif-
ficile, & aliis Abbatibus, Prioribus, & Prælatis hujusmo-
di pro singulis querelis ad Apostolicam Sedem habere
recursum, providere eis super hoc paterna diligentia cu-
raremus.

§. 3. Nos igitur adversus violatores, occupatores, Qui in
detentores, presumptores, molestatores, & injuriatores duci &
hujusmodi, volentes ut eisdem Congregationi, Præsi-
denti, Visitatoribus, Abbatibus, Prioribus, & personis, necnon
aliis aditus committendi similia præcludatur, discretioni
vestre, ex certa scientia per Apostolica scripta manda-
mus, quatenus vos, vel duo, aut singuli vestrum, per vos,
vel alium, seu alios, etiam si sint extra loca, in quibus de-
putati estis Conservatores, & Judices, ipsi Præsidenti,
Visitatoribus, Abbatibus, Prioribus, & personis, necnon
conventibus domibus, ac membris eisdem subjectis, effi-
caciis defensionis præsidio assistentes, non permitatis
eosdem super iis & quibuscumque aliis bonis & juribus,
ad Congregationem, Monasteria, Prioratus, necnon sub-
jecta, domos, & loca prædicta spectantibus, ab eisdem vel
eis gravamina, seu damna, vel injurias irrogari, facturi
dictis

EUGENIUS QUARTUS.

17

dictis Presidenti, Visitatoribus, Abbatibus, Prioribus & personis quum ab eis vel procuratoribus suis, aut eorum aliis, fueritis requisiiti, de predictis, ac aliis personis quibuslibet super restitutione hujusmodi Prioratum, Ecclesiarum, membrorum, grangiarum, castrorum, casalium, villarum, terrarum, possessionum, & aliorum locorum, jurisdictionum, iurium, reddituum quoque & preventuum, & aliorum quocumque bonorum spirituum, & temporalium, necnon de quibuscumque molestiis, injuriis, atque damnis presentibus, & futuris, personis, & rebus ipsorum, in illis videlicet quae judicialem requirunt indaginem, summarie, & de plano, sine strepitu, & figura judicii, sola facta veritate inspecta, in alius verò prout qualitas eorum exegerit, iustitia complectentum, violatores, occupatores, seu detentores, presumptores, molestatores, & injuratores hujusmodi, necnon contradictores quoslibet, & rebelles, cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis extiterint, quodcumque & quotiescumque expedierit, auctoritate nostra, per censuram Ecclesiasticam, ac omni appellatione processum causarum quovis modo resipienti, postposita, compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 4. Non obstantibus tam fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. predecessoris nostri, in quibus cavitur, ne aliquis extra suam civitatem, & dicec. nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam dictam à fine suæ dicec. ad judicium evocetur, seu ne Judices, & Conservatores à Sede deputati predicta, extra civitatem, & dicec. in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, sive alii, vel alii vices suas committeret, aut aliquos ultra unam dictam à fine dicec. catundem trahere presumant, seu quod de aliis quam de manifestis injuryis, ac violentiis, & aliis quae judicialem requirunt indaginem, penitus in eos si seces egerint, & in id procurantes adjectis, Conservatores se nullatenus intromittant. Et tam de duabus dictis in Concilio generali, dummodo ultra duas aliquis extra suam civitatem, & dicec. auctoritate presentium, ad judicium non trahatur, quam aliis quibuscumque constitutionibus, à predecessoribus nostris Rom. Pontificibus tam de Judicibus delegatis, & Conservatoribus, quam personis ultra certum numerum ad judicium non vocandis, aut aliis editis, quae vestra possent in hac parte jurisdictioni, aut potestati, ejusque libero exercitio quomodolibet obviare, seu si aliquibus communiter, vel divisione à predicta sit Sede indulatum, quod excommunicari, suspendi, vel interdicere, seu extra, vel ultra certa loca ad judicium avocari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de induito hujusmodi, & eorum personis, locis, ordinibus, & nominibus propriis mentionem, & qualibet alia dicta Sedis indulgentia generali, vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentium non expressam, vel totaliter non insertam, vestra jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, de qua, cuiusque toto tenore, de verbo ad verbum in nostris literis habenda sit mentio specialis.

§. 5. Ceterum volumus, & Apostolica auctoritate dicernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quanvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico praepeditus. Quodque à datis presentium sit vobis, & unicuique vestrum, in premissis omnibus, & eorum singulis, cœptis & non cœptis, presentibus, & futuris, perpetuata potestas, & jurisdictione attributa, ut eo vigore, eaque firmitate positis in premissis omnibus cœptis, & non cœptis, presentibus & futuris, & pro predictis procedere, ac li predicta omnia, & singula coram vobis cœpta fuissent, & jurisdictione vestra, & cuiuslibet vestrum in premissis omnibus & singulis per citationem, vel modum alium perpetuata legitimus extisset. Constitutione predicta super Conservatoribus, & alia qualibet in contrarium edita non obstante. Presentibus perpetuis futuris temporibus valitatis.

Dat. Bononiae, Anno Incarnationis Dominice 1436.

8. Kalend. Decemb. Pontificatus nostri Anno 6.

Translatio generalis Concilii Basileensis ad civitatem Ferrariae in Provincia Lombardie.

X L

Concilium istud à Martino V. indicatum ob pessimum Ferrariae exortam, ad Civitatem Florentiam in provincia Henricia ab isto me Pontifice translatum, ibique absolutum fuit, ut infra in const. 17. Latetur.

Concilio Basileensi aliqui adhæserunt, etiam post hujusmodi dissolutionem, & translationem, qui tamen ad huncmet Pont. redeuntes, absoluti fuerunt, ut inf. in const. 19. Inter.

E V G E N I V S E P I S C O P V S, Ed. in An. D. 1437.

Servus Servorum Dei: Ad eternam rei memoriam.

M Agnas omnipotenti Deo gratias oportet nos age- Deus Eccle- sias sua pl- itus, scilicet omni- magi permis- tis.

re, qui antiquarum suarum misericordiarum non inmemor, Ecclesiam suam continuo reddit ampliorem. Quam quidem etsi laborare, multisque tempestibus fluctuare permitit, nunquam tamen submergi patitur, verum à fluctibus, & magnis aestibus maris reservat, & pro suo erga genus humanum amore, inter multos, & va- tios casus, & calamitates, virarentem semper fovet, ac magis vigenter reddit.

§. 1. Ecce enim Orientales, & Occidentales populi Deoque Ori- rales & Occi- dentales, pe- ruli inter se disidentes, ut Cœnitia Ferrariensis con- venienter.

jamdui inter se dissidentes, atque disiuncti, ad pacem atque conjugationem conveyire festinant. Quippe qui discordes jam, & inimici, tandem post multos annos, fa- vente Deo, ex quo omne datum bonum, sanctæ conjunctionis desiderio affecti, in hunc convenienter locum. Nostræ igitur servitutis, ac totius Ecclesiæ opera est, & esse credimus, tentare pro virtibus, ut hæc principia tam felicia, studio nostro ita felicem exitum consequantur, ut Dei gratiae cooperatores esse, dicique mereamur.

§. 2. Cum itaque dilectissimus filius Joannes Palto-

logus Constantopolitanus Imperator, una cum pliissimo fratre nostro Josepho Patriarcha Constantiopolitano, necnon ceterorum Patriarcharum Legatis, ac multis amplissimis Metropolitanis, & Episcopis, ac aliis Or-

dinibus Ecclesiasticis, & viris nobilibus ad octavum

diem proximi mensis Februarii Venetias advenerit, no-

bis id, quod aliis etiam ex locis antea fecerat, continuo

literis suis significavit, scilicet quibusdam de causis non alienis à ratione Basileam, ubi Synodus celebranda erat, ite-

non posse, idque his qui ibi jam essent scriptisse, notum-

que fecisse, volens propterea, & contendens, ut ipsa Sy-

nodus hue Ferrariam transferretur, & hic tam plium ne-

gotium concluderetur.

§. 3. Nos igitur quibus sancta Christianorum coniunctio cordi mitum in modum est, quique ipsum celestrem confidere cupimus, decretum Basileen. Concilii de celebrando generali Concilio Græcis voluntibus promulgatum, ac editum, & à nobis postea Bononiæ presentibus ipsius Imperatoris, ac Patriarchæ Oratoribus suscepimus, & approbatum, quæque ad presentes sanctæ conjunctionis negotium spectent, pro nostra servitute vo- lentes exequi ut debemus, & cupientes ipsum ad conclusionem perducere, omni modo, & forma quibus possuimus, & debemus, presentibus, & consentientibus Imperatore, ac Patriarcha, & ceteris hic ad celebrandam Sy-

nodus congregatis, noctum facimus, & declaramus pre-

dictam Synodum hic Ferrariae, qui quidem locus liber &

eritus est, celebrandam esse, & sic omnibus existimari, ac

dici debere, sperantes hic ablique discordia, & contentio-

ne, aliave inestitia, sed potius amore summo, divinam ip-

sam pacem, & cetera sancta opera, pro quibus Synodus

convocatur, tractari, Deoque placato, ac favente feliciter

confici posse.

Dat. Ferrariae, die 9. mensis April. 1437. Pont. nostri Dat. P. An. 9.

anno 7.

Concessio monialium gratiarum Eremitis B.

Petri de Pisis nuncupatis.

XII.

Itorum

*I*storum Eremitarum constituta fuit Congregatio, n*o* inf. in Six. IV. confit. 13. Sedū, & nomen Fratrum Eremitarum S. Hieronymi sortita est profi-tendo regulam S. Augustini tempore Pii V. qui pro-pterea privilegia Mendicantibus per eum clargita communicavit in sua confit. 125. Religionis, No-vitatisque instituit Clem. VIII. in ejus confit. 70. Ordinis.

*S*edita An. D. E V G E N I V S E P I S C O P V S, 1437.
Servus Servorum Dei: Dilectus filius fratri Bartholo de Ca-sena, ac universis Eremitis de Societate quondam Fratribus Petri de Pisis, presentibus & futuris, Salutem, & Aposto-licam benedictionem.

*E*xordium. Provenit ex vestre devotionis affectu, l^{et} quo nos, & Romanam Ecclesiam reveremini, ut petitiones ve-stras, illas præsertim, quæ animarum vestrarum viden-tur salutem respicere, quantum cum Deo possumus fa-vorabilitatem annuamus.

*F*acultas eli-gendi Confessori, qui hoc Fratres ab-solu-ti.

Tu intellige-
de Confessori-
bus approba-
tus. & in casib-
us non exce-
pit a Cle-
mene s. in
eius confit.
Quacunq;

§.1. Hinc est, quod vestris supplicationibus inclinati, vobis omnibus & singulis auctoritate Apostolica te-nore præsentium indulgemus, ut confessores idonei, quos duxeritis eligendos, in vita confessiones audire, & om-nium & singulorum, qui in ipsa Societate pro tempore fuerint, ab omnibus casibus, super quibus etiam Sedes Apostolica merito esset consulenda, pro semel tantum postquam in societate remanere deliberaverint, in aliis vero casibus quandcumque absolvere possint, eis im-pensa-ta peccentia salutari: & in mortis articulo semel tantum omnium peccatorum vestrorum, de quibus corde contriti, & ore confessi fueritis, plenam remissionem vo-bis in sinceritate fidei & unitate Sancte Rom. Ecclesie, ac obedientia & devotione nostra, vel successorum no-strorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium persistentibus, eadem auctoritate concedere valeant. Ita tamen quod ipsi Confessores de his, de quibus fuerit al-teri satisfactio impendenda, eam vobis per vos, si super-vixeritis, aut per successores vestros, si tunc forsan tran-sieritis, faciendam injungant, quam vos vel illi facere te-neamini. Et ne propter hujusmodi gratiam reddamini procliviores ad illicita in posterum committenda, volu-mus, quod si ex confidentia remissionis hujusmodi ali-qui contumeleritis, quoad illa remissio ipsa vobis nulla-tenuis suffragetur.

*E*legendique Sacerdoti, qui in locu Societatis, & se ambi-nu-riunt, & cetero sacerdoti, qui in locis suis, & in ante-aquieren-dis, diœcetani loci, seu alterius cuiuscumque licentia mi-nime requirita, Missas & alia divina officia tam feriatis, quam alii diebus tempore congruo celebriare, necnon Eucharistia, Extremæ-Uncionis, & alia quæcumque Ec-clesiastica Sacra menta, absque Parochiani juris præjudicio, ministrare, ad quæ etiam suscipienda extra loca, seu Oratoria dictæ Societatis compelli non possitis.

*Q*uod sacerdoti-
com i. si Fr-
tr bus super
irregularitate
dipinente,
C. Tu attem-
de d. bullam.

§.3. Quodque sacerdotes Societatis prædictæ cum omnibus & singulis Eremitis ipsius Societatis super ir-regularitate per ipsos quoquo modo, vel ex quavis cau-sa contracta, ut divinis officiis, & obsequio Missæ inter-esse possint dispensare, & infamiae maculam abolere pos-sint, & valeant.

*F*ratres que-
unt elemo-
nym ex-
tentore in-
dicti.

*A*laria me-
portat li-
si. & p. s.

*C*emetery
babeant.

§.4. Insuper quod cum excommunicatis & interdi-ctis, seu quavis censura ligatis, pro eleemosynis ad fu-stementationem vitæ vestre duntaxat acquirendis, & non alias convervari, ita quod hoc ad culpam vobis minimè imputetur, possitis.

§.5. Quodque in locis, & Oratoriis per vos successo-res vestros acquisitis & acquirendis, altare portatile pro missis celebrandis, & aliis divinis officiis in locis ad id congruis & honestis, cum debita reverentia habere possitis.

§.6. Loca autem pro sepeliendis Episcopis, & aliis servientibus vobis per quemcumque, seu quoscumque Catholicos Episcopos, gratiam & communionem Apo-

stolicæ Sedis habentes, consecrari seu benedici pos-sint.

§.7. Quodque omnes & singuli vestre Societatis, qui alias habiles & idonei reperti fuerint, à quocumque An-^{Ordin} Episcopis, Episcopis, Planis, ge iusco Trid. ap. i. alias ritè promoveri, & in illis ministrare, proprii tamen Epi-scopis, sub cuius diœcesi mora trahitur, licentia prius re-quista, & obtenta, liberè & licite valeant, auctoritate Apo-stolica tenore prefatum indulgenter.

§.8. Et insuper, ut Oratorium S. Mariæ Magdalene Paduanensis, & alia quæcumque loca per vos acquisita, & quæcumque acquirienda per Societatem præfatam, & ejus nomine, cum omnibus & singulis juribus & pertinentiis eorum, abs-^{confi} mea-^{menta} que impedimento, & contradictione cujuscumque reti-nere, necnon omnibus & singulis privilegiis, indulgen-tiis, gratiis, indultis, & exemptionibus, quibus asia Oratoriis & loca Eremitatum utuntur, & gaudent, etiam uti, & gaudere possint, & valeant, eadem auctoritate conce-dimus per praesentes.

§.9. Non obstantibus constitutionibus, & prohibitio-nibus Apostolicis specialibus vel generalibus, & etiam si tra-^{D. P. u.} tales sint, de quibus præsentibus specialis, & expresa-^{tales} eset mentio habenda, ceterisque contrariis quibulumque Nulli ergo, &c.

Datum Ferrarie, Anno incarnationis Dominice mil-lesimo quadragesimo trigesimo septimo, octavo Kal. Martii Pontificatus nostri Anno septimo.

*P*raefinitio numeri Clericorum Rever. Cam. Apostolice Praesidentium, ad septem, & ap-probatio ordinum pro bono regimine ipsius Cameræ editorum.

*H*ec bullæ confirmatur inf. à Leone X. confit. 24. Li-cet. Sed numerus Clericorum, n^octo numero ne-gotiorum Camere, n^octus & ipse est ad numerum duodecim.

Quoad Clericorum jurisdictionem & auctoritatem vide infra bullam 12. Alex. VI. Etsi ex cum ibi indicatis, ac etiam Pii IV. constit. 55. Romanus.

*E*V G E N I V S E P I S C O P V S, 1438. Edita 1444.
Ad perpetuam rei memoriam.

*I*ntra cetera gravia pulsantia pectus nostrum sunt, Exaudi-^{re} ea potissimum, per quæ Romanæ Curiae, honor decul-que servatur, & officialium illius ordines debite dispo-nuntur, unde contingit ad Sedem Apostolicam confluen-tes debite expedire.

§.1. Nuper siquidem pro parte dilectorum filiorum Apostolicae Cameræ Clericorum Capellorum nostro-^{Can. k} rum nobis expo-sito, quod proventus, & emolumenta Clericos adficien-singulorum eorumdem ob ipsorum numerum excrescen-tiam & augmentum, adeo sunt ex temporum causante malitia diminuta, quod inde nequeunt vitam ducere con-decentem. Quodque juxta antiquam, laudabilemque consuetudinem, etsi major negotiorum concursus exi-steret, arque frequentia, minor tamen numerus exis-tebat, & stipendia pinguiora, poterantque propterea efti-dem Cameræ servitus & obsequiis eo magis, & melius infundare, quo non oportebat vicum querere aliunde; ac subiuncto, quod si numerus eorum ad numerum se-^{r. audiu-} ptenarium reduceretur, profecto Camera prædicta me-^{Cl. et. adficien-} liore formam haberet, & illius negotia dirigerentur in-^{bus Cleri-} melius, & loci, & personarum decori, & honestati foret absque ulla dubitatione provisum.

§.2. Nos præfatorum Clericorum votis favorabi-^{Reductio-} ter annuentes, ac attendentes quod non amplior ponen-^{ricorum} Cam. Ap-^{ad num-} dus est numerus in officio ministrorum, quam possit de illius proventibus congrue sustentari, quodque septe-^{s p. r. n.} narius Clericorum numerus, decens sit ad negotia præfa-tus Cameræ rectè ubilibet dirigenda, præsenti constitu-tione, quam irrefragabiliter observari volumus, Apostolica auctoritate sancimus, quod de cetero nullus ad officium p. r. ab Clericatus

EUGENIUS QUARTUS.

349

Clericatus Camerae hujusmodi assumatur, seu illius Clericorum consortio aggregetur, donec numerus eorum ad septenarium numerum sit redditus.

§.3. Nihilominus si contingat aliquem vel aliquos, ultra præsumptum numerum corundem Clericorum consortio aggregari, illi esse decernimus omnis perceptionis emolumentorum expertes.

¶.4. Procedentes dilecto filio nostro Francisco tituli sancti Clementis presbitero Cardinale Camerario nostro & ejus in dicto officio successoribus, reliquaque eiusdem Camerae Clericis, atque gentibus, presentibus, & futuris, ne quemquam de cetero ad hujusmodi emolumentorum perceptionem admittant donec corundem Clericorum numerus ad numerum septenarium, ut præmittitur sit redditus. Stauenteque postquam redditus fuerit, ut præfertur, Camera predicta septem Clericorum numero quoad emolumentorum perceptionem tantummodo sit contenta, quem numerum ex tunc in eadem Camera perpetuo auctoritate simili stabilimus.

Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c.

Dat. Ferraria An. Domini 1438. f. Id. Jul. P. O. N. An. 8.

Sequitur confirmatio Ordinationum, de qua hic sup. in rub.

An. D. E V G E N I V S E P I S C O P V S,
Servus Servorum Dei: Dilectus filius Genibus Camera
Apostolica, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

¶.1. N eminentia Apostolica Sedis specula licet immensissime disponente Domino constituti, tanquam prudens Patriarum, qui cupit familiam domus suæ per viam mandatorum Domini incedere, normam illi tribuens, & ordinem honestè vivendi, recteque agendi, ita & nos libenter ad universa Romana Curia Officia, & eorum officiales, & præsternit Camera Apostolica, ad quam Ecclesiastarum & Monasteriorum omnium, necnon etiam Urbium, Civitatum, Terrarum, Castrorum, Oppidorum, Villarum, & locorum Romanæ Ecclesie immediate, & mediatae subiectorum, spiritualia & temporalia negotia peragenda deveniunt, ut cuncta ibidem pertractanda salubriter dirigantur, & feliciter gubernentur, ac justè, & humaniter finiantur & terminentur, attenta mentis sollicitudine vigilamus, tales in eadem Camera viros, & ministros depurare, qui Deum timeant, sint Ecclesiasticis dignitatibus prædicti, bonis moribus redimunt, providentia circumspici, rectitudine justi, & sollicitudine vigilantes, sicutque prudenter & justè, & in expeditis negotiis hujusmodi attentè se habeant, ut cuncti ad eandem Cameram pro eorum expediendis negotiis recurrentes, se justè, & humaniter expeditos fore merito glorientur.

¶.2. Cum itaque vos ad laudabilem, sincerum, & proferrum regimen Camerae prælibata nonnulla statuta, ordinationes, & Capitula edideritis, atque feceritis, nobisque propter ea humiliter supplicatis, ut illis pro eorum subsistencia firmiori robur Apostolica confirmationis adjicere de benignitate Apostolica dignaremur.

¶.3. Nos igitur vestris in hac parte supplicationibus inclinati, statuta, ordinationes, & capitula præfata per nos visa, & lecta, ac diligenter inspecta, & examinata, quia mature, prudenter, provide, & digesta edita, & confecta, existunt auctoritate Apostolica, & ex certa scientia tenore præsentium confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus.

¶.4. Tenor vero statutorum, ordinationum, & capitulorum prædictorum sequitur, & est talis.

Incipiunt statuta & ordinationes Collegii Cam. Apost.

¶.5. Mne Collegium cui Apostolici Fisci incumbit cura, his personis concluditur. Primum illorum caput est reverendissimus D. Camerarius, tum Reverendus Thesaurarius, post Assistentes, qui ex patrum Clerico-Bullar. Mag. Tom. I.

rum Collegio ad ampliorem dignitatem elevati sunt. Post eos Clerici, septem videlicet numero tantum, ut Sanctissimus Dominus Noster Eugenius Quartus Pontifex instituit. Reliqui vero numero præfixo adjecti nihil commodi capiente, quanto danno, & à suscipiendo commissioneibus abstinent, & solo Clericorum nomine, habitu & pari sede remaneant contenti.

¶.6. Seneccutum quæ apud majores nostros semper venerabilis fuit, observare quoque nos decet. Cumque opportunitate inter Clericos quispiam ceterorum nomine plurimum rerum curam continuam habitus sit, is erit metitio, qui prius tempore ad Collegium admisus fuerit, modo Curiam incolat, eo autem absente, vel infirmo, proximo tempore subrogetur, huncque Decanum appellato convenit. Potestas cogendi Clericos Camerae, tam qui intri numerum sunt, quam ultra, & agenda proponendi & exigendi singulorum vota, & juxta illa concludenti exigente opportunitate præter causas fiscales, & tempus quo majoribus occupantur, ad officium Decani pertinet Alaris, & joculum ejus, ac divini officii, atque sacerdotii, & quicquid spectat ad ea, Decanus diligentius curat, sigillumque Collegii, & Constitutionum volumen apud se retinens, exacto anno semper singulorum ratione reddat.

¶.7. Nihil est quod tam rebus conductac gerendis, quam ordo, ne qua igitur confusio illo deficiente occurrat, commode proponendum videatur, quo pacto in loco Camerae sedendum loquendumque sit. Cum igitur diebus Lunæ, Mercurii, & Veneris majores nostri jus dicere soliti sunt, convernent Reverendissimus Camerarius, aut illius Vicem gerens, Thesaurarius, Assistentes, & Clerici reliquie ministri Fisci. Primum ac digniori loco sedeat Camerarius, aut substitutus illius, Assistentes Decanus, & quidam ex Clericis, è regione vero Thesaurarius. Post reliqua pars Clericorum eorum sanè qui intra numerum sunt, hiique omnes pro tempore dignitatis, aut admissionis eorum. Super numerum autem electi novissimi considerant, nec quisquam eorum sine alba veste, atque cappa loco suo, sed inter pares ultimo sedeat. Post autem Auditor Fisci Clerici Sacri Collegii, tum Advocatus pauperum. Postremo Advocatus, ac Procurator Fisci. Præter hos autem omnes nemo ex ministris Fiscalibus sedeat, sed recti omnes assistunt, ut honor, ac decus hujus Magistratus gravius obseretur. Quicquid à singulis horum proponendum, agendumque fuerit, juxta sedem & temporis ordinem absolvatur tam in exigendis votis, quam in causarum delegationibus, relationibusque fiendis. Ita ut pro modestia Patrum, uno loquente ceteri observato silentio audiant. Nemo loquentem turbet, nec intra has solum species consistit hujus constituti sententia. Quocumque enim hoc celebre Collegium convenerit, idem ordo, eadem gravitas, ac modestia illibata permaneat. Cum autem jus dicitur, observent ostium tres Cursores ad mandata Fratrum parati.

¶.8. Si plures mandata negotia serius tardiusque absolvant profecto majori commodo cedit uni exequendum committere quod probatum est plurimum iudicio atque consensu. Pro more igitur prisco, solitoque majorum nostrorum singulo mense unius ex Clericis demandetur curia præcipua exequendi quæque negotia inter ipsos conclusa atque definita. Et is quidem primum constitutus Decanus, tum illi proximior tempore, atque ita servato ordine præficiantur ceteri sibi invicem succedentes. Quod autem istius fidei atque diligentiae incumbit, id est, ut Bullas majorum Ecclesiatarum, ac Monasteriorum curet concludi capsa sub duarum clavium custodia, quarum alteram apud se teneat, alteram servientes armorum, reliquorum autem beneficiorum quæ supplicatione impenetrantur, obligationem juxta ritum Cameræ accepit. Jocalia undecimque venerint, huic postea dividenda mandantur. Iste eandem omnium vicem agens, quicquid inter Collegas, communicandum distribuendumque accepit, libello describat, & instanti fine mensis inter Collegas, ceterosque curiæ officiales æqua lance partiatur.

¶.9. Sunt igitur minuta quinque, quorum distribuendi onus nostro incumbit officio, hoc ordine partiendo. Primo namque minuto quoad Cameram Apostolicam spectat in quatuor partes æquales, tres partes dominus g Camerarius

De Decani
officio & po-
sitione.
De qua vide
statum in bull.
Pii 4. in circu-
la rub.

De Camerarii
Clericorum,
Clericorum lo-
corum in Ca-
mera, renum-
que agenda-
rum ordine.
De bu. vide
latus in bull.
Pii 4. allegata
in rub.

De Clerici
mensarum mu-
nere cir. & oc-
curria fin-
gu o meni.
Ad qua u de
eanda. B. ill.
Pii 4. In lici
Bul. Leon. x.

De Ministris
quæque fer-
vitorum di-
visione, episo-
que ms. a.

Camerarius accipiat divisio, reliqua vero Clerici emolumenta percipientes inter se aequaliter metiantur. Aliud vero minutum Cancellarii assignatum item in quatuor partes dividatur, quarum tres Dominis Protonotariis adscribantur, residua autem bipartita, una domino Vicecancellario cedat, alia item aequaliter suorum, una literarum Apostolicarum Correctori, altera vero pars contradiictarum Auditori detur. Est & tertium minutum in duas partes aequales dividendum, quarum una Capellanis comensalibus assignata, reliqua quadripartitur, ex quibus Cubicularii unam, tres autem alias Scutarii honoris sibi recipientes petent. Quartum minuto similiter quadripartito una partium Magistris hostiariis tributatur. Altera vero parte una Custodibus portae ferre, altera Cursoribus distribuantur. Due reliqua hujus minuti partes in septuaginta & unam particulas veniunt dividenda, ex quibus Servientes armorum 19. Bullatores tres, Paneterii tres, Bucicularii tres. Item Magister equorum unam cum dimidia, Clericus equorum unam, Palchrenarius, & Scopatores quinque, Magister pagnorae duas, Hostiarii prima portae unam, Primus coquorum unam cum dimidia, Clericus coquine unam, Lotores utenſilium coquine unam partes excipiunt. Reliquum quod superest minutum, officiis & familiaribus Cardinalium elargitur.

*De Clericis
sup. annunc.
tis admiss.
dis.*

§. 8. Quicumque ab Apostolica Sede Clerici fisci designati fuerint, non prius a collegio adiungantur quam aucto viginti sex collegio Cameræ numeraverint, admissos autem illos intelligimus, qui etiam ultra numerum ad sedem habitumque recipiuntur, memorata vero summa hoc pacto distribuantur, ut aurei viginti ad usum Altaris cedant, sex autem reliqui pro veteri more, jure joculum dividantur. Cum autem Clericorum loca qui intra numerum sunt vacaverint, Priorem ex his qui praeter numerum sunt, aut quem Summus Pontifex iussit in locum vacuum collegium subroget. Isque omnium lucorum commoda, quemadmodum & reliqui percipiunt. Qui autem admittitur ad collegium, jurejurando pollicetur servare, custodiareque statuta, & probatos motus hujus celebris venerandique collegii.

*De Clericis
ad amplior. m
dignitatem
evidit.*

§. 9. Quos vita præstantia, clari mores, aut excellētia doctrinæ, ad Episcopalia vel alterius dignitatis gradum evexerit, summa veneratione & liberalitate prosequi convenit, quandoquidem honori & amplitudini nostra plurimum cedat. Ille autem qui è nostro collegio promotus translatusve etiam sibi fuerit, semper quicquid ceteri debent minutorum Sacri sigilli, omnisque alterius solutionis Camerario, Thesaurario, Clericis, & Notariis minimè solvat, sed ea omnia libera patrum donatione suscipiat. Quicquid autem illi ex communī luce deberetur, exacto mensi, omne ad Alteris usum perveniat.

*De infirmis
queque & ab
fancibus.
Quod ab abba-
tissima em lu-
mena, vide
decretum fi-
mationis in Ca-
merario 27.
Prol. 1773.
Quia solu-
modo bullas
propter pref-
serit.*

*Decretarium
quæ exequias.
Ad hoc vide
bullam Leo. II.*

§. 10. Infirmos corpore pietatis officio amplecti humanum piumque videtur, propterea si quem in Curia præsentem vxerit mortibus, à percipientis lucris communibus, velut ceteri fisco servientes minime excludatur. Quod si ad balnea vel alia loca Talubitoris aëris oportuerit secedere, cuiuslibet commodi particeps sit integrum mense. Cum vero diuturnior fuerit ægrotatio, bimeti tantummodo accedente suffragio plurium ex collegio lucra obvenientia excipiat. Abentes autem publice vel privatæ rei causa, nihil omnino percipere aut pertere valeant nisi duarum ex tribus partibus votis decernatur.

*De Alvariis
et al.*

§. 11. Extremum hujus vite diem, & mortem induciam prudenti est præmeditari. Cumque omnibus sit communis sors & moriendi lex, pietatem summam præstare defunctis ad nos potissimum pertinet, qui in formam Domini vocati sumus. Si quem igitur ex nostro collegio mori contingat, præsentem aut absentem, qua die sepulchro mandatur, fatus aut munitum mortis advenire, vel intra biduum proximum exequias solemniter celebrantur, quibus interficit omne collegium, & Missæ trigesinta dicantur, omnemque hanc impensam pro dignitate, & gradu defuncti collegium exolvat. Liberum autem sit hæredibus aut fideicommissariis defuncti præter eam summam quicquid in piam causam voluerint erogare.

§. 12. Religionis causam semper, & ubique principiam

exitisse nemo nisi imperitus ignorat, legimusque Salomonem sapientissimum Regem longè diligentiores fuisse in aedificanda domo Dei, quam Regla. Hanc ergo cum singulari zelo, & animi fervore prolequamus. Decernimus collegium nostrum habere Altare instruatum omnibus, decenter quidem ac ornate, que ad Sacrificium celebrandum necessaria sunt, & illa que ut in anteriusibus diximus, Decani diligenter mandentur, cujus vigilantia, & studio semper incrementum divino cultui dedicata discipiant. Omne autem collegium nostrum præter festa que ab Ecclesia observantur, præcipua veneratione singulis annis celebret diem constantissimi ac felicis martyris Laurentii, ita ut Vesperas, & solemnem Missam adstantibus Reverendissimis dominis Cardinalibus, & ceteris Prelatis celebrari carent. Sacerdotem quoque qui diebus festis, & quibus collegium convenit pro jure redendo missam celebret, collegium conduceat, illique in præsidium vita annum salarium constituantur.

Nulli ergo, &c.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Domini 1444. D. P. 4.
8. Idus Julii, Pontificatus nostri Anno xiv.

Quod Abbates Ordinis Cisterciensis quavis auctoritate etiam Apostolica ad Abbatias promoti, vel confirmati, ab ejusdem Ordinis Abbe, Visitatoribus & Reformatribus non sint exempti.

*Omnia qua hunc Ordinem respiicunt notavi sup. in
conf. I. Paschal. I I. Desiderium.*

E V G E N I V S E P I S C O P V S, *edictum*
Servus Servorum Dei : Ad futuram rei memoriam. 1451.

A D universalis Ecclesiæ regimen licet insufficientibus meritis, divina disponente clementia deputati, non possimus non turbari, cum Monasteria & alia loca regularia sentimus in aliqua parte laedi, sed tunc profecto acerbiori dolore confundimur, cum ubi speciosiora esse solent, enormius deformantur.

§. 1. Sanè pro parte dilecti filii Joannis Abbatis Monasterii Cisterciensis Cabilonensis diœcesis exhibita nobis nuper petitio continebat, quod nonnulli Cisterciensis Ordinis Abbates, alii videlicet se ad Abbatiales dignitates, quas obtinent per Apostolicam Sedem promotos, alii vero electiones de eis ad dignitates similes factas, & per sedem fuisse confirmatas eandem afferentes, & coprætextu se fore exemptos, ad Capitula generalia dicti Ordinis accedere, visitatoribus quoque & reformatribus Ordinis ejusdem parere negligunt & recusant, prædictum Abbatem generalem, Visitatores & reformatores hujusmodi contemnentes, in ipsorum vilipendium ac scandalum totius Ordinis non modicum & jaeturam.

§. 2. Quare pro parte dicti Abbatis nobis fuit humiliiter supplicatum, ut super his opportune prævidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque qui Ordinum & Monasteriorum quorumlibet curam gerimus generali, quorumque interest super talibus providere, cipientes quod Ordo ipse & illius personæ præfertim in dignitatibus constitute, in charitatis & obedientiae vinculo cum Abbatie prefato, & aliis eorum Superioribus se conformant, eisque juxta statuta & ordinationes, & laudabiles consuetudines dicti Ordinis pareant & intendat, auctoritate Apostolica, tenore presentium declaramus quoscumque Ordinis præfati Abbates Apostolica vel alia quavis auctoritate promotos, illorum etiam quorum electiones ad Abbatiales dignitates sunt eadem Apostolica vel auctoritate alia confirmatae, nullatenus propter promotiones vel confirmationes hujusmodi ab Abate Ordinis, Visitatoribus & Reformatribus hujusmodi fuisse, vel esse exemptos. Decernentes eos & quoscumque alios Apostolica vel alia quavis auctoritate hujusmodi de cetero promovendos, ac etiam illos quorum electiones conficiari in futurum contigerit, ut præferratur, eisdem Abbati

EVGENIUS QUARTUS.

332

Abbatii Ordinis, Visitatoribus, & Reformatoriis; illorumque, Correctoribus, prout ante erant subditi, subiecti & omniis libet.

§.3. Nos enim omnes & singulos qui praetextu promotionis, seu confirmationis de se facte hujusmodi presumperint rebellionis, contemptoris, vilipendiosis aut inobedientia contra patrem Abbatem Ordinis, Visitatores, & Reformatores hujusmodi pro tempore existentes, cornua elevare, excommunicationis lentezie decernimus subjacere.

§.4. Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac Monasterii & Ordinis praedicatorum, juramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alla corroborari statutis, & consuetudinibus contraria non obstantibus quibuscumque, seu si promotis & confirmatis, seu forsan promovendis, & confirmandis hujusmodi, vel quibusvis aliis communiter vel divisim a Sede Apostolica sit indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam ad verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

§.5. Et insuper irritum decernimus, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignorante contigerit attentari.

Nulli ergo, &c. Si quis, &c.

Datum Ferrariae, anno Incarnationis Dominicæ 1438.
Idibus Decemb. Pont. nostri Anno octavo.

V. De S.R.E.Cardinalium dignitate, ceteris Ecclesiasticis dignitatibus praestantio. i.

Alia quamplura de materia Cardinalium indicabuntur in constit. sc. 3x. V. postquam.

S.D. E V G E N I V S E P I S C O P V S,
Servus Servorum Dei. Venerabilis viro Magistro Henrico
Archiepiscopo Cantuarienensi, &c.

Non mediocri dolore afficimur, cum inter fratres nostros Episcopos, seu alios Ecclesiasticos, dissidii aliquid exortum esse percepimus, tum propter malum, quod inde in populis exemplum prouenit, tum quia contemptus & detractionis praebetur occasio.

§.1. Proinde non patrum auditis displicuit dissensionem illam, quam cum dilecto filio nostro Joanne tit. S. Balbinæ Presbytero Cardinali nuper tua fraternitas habuit, cum nova & insolita res ipsa sit, que nunc attentatur. In primis autem admiramus satis cum per 14 annos, & amplius cum dilecto filio nostro Henrico tit. S. Eusebii Presbytero Cardinali in sedendo, & in ferendis votis sine altercatione vixeris, & nullam secum super hoc profus habueris disceptationem, quid causæ sit, quod nunc primum in contentionem venias cum ipso Joanne Cardinali eadem praedito dignitate. Nec quidem generis regii erga ipsum Henricum ratio pretendi potest, quoniam antequam Cardinalatus ipsam foret dignitatem adeptus, dumtaxat existens Vintoniensis Episcopus, & voce, & loco tibi cedebat, postea autem quam in Card. per fel. rec. Martinum praedecessorem nostrum assumptus est, jure tibi, & aliis antepositus fuit, & tunc atqueponitur. Quod si sola Cardinalatus dignitas hanc in alio prælationem operata est, cur in isto itidem non efficiet? Cum tamen ipse Archiepiscopus, ille Episcopalem obtineat dignitatem, & illius Ecclesia tuæ sit suffraganea, istius vero nullo jure subiecta.

§.2. Illud autem de te nobis placuit ac laudamus, quod in tua protestationis fine sub his verbis addidisti, quod felicitet per præmissa, aut aliquid per te factum, aut dictum, & habitum, seu faciendum, dicendum, vel habendum, non intendis Sacrosanctam Romanam Ecclesiam matrem tuam, seu juramentum tuum eidem præstitum, aut Venerabilem cœcum ejusdem Ecclesie Cardinalium, aliquemve eorum in aliquo offendere, aut alicui honori, privilegio, prærogativæ, seu dignitati, præminentia, aut alicui alteri juri eorum, in aliquo derogare, seu juramento

Bullar. Mag. Tom. I.

tud in aliquo contrastet, sed quod cahdant Sacrosanctam Romanam Ecclesiam cum honoribus suis omnibus, prærogativis, dignitatibus, præeminentiis, gratiis, & aliis iuribus suis quibusque cum omni reverentia manutenebas, ac defendes, & ab aliis manuteneri, & defendi procurabis. Per hoc planè injuncta videlicet si hoc sit Romanæ Ecclesie Cardinalium jus, ut reliquos antecedant Ecclesie gradus, quod nobis in lite mota persistere, imd Apostolice Sedis stare judicio, cuius fuerit alia privilegia, quæ manuteneri, & defendi potest, hoc etiam est ut quibuscumque ambiguis questionibus, que in Dei Ecclesia accident, valeat judicare, & sua auctoritate fixem impotest, quanquam longè fuisse decentius ante motam controveriam Sedem Apostolicam consulere.

§.3. Quantum autem haec Cardinalatus dignitas significat, & aliis excellentior, & ita haecenus in Ecclesia reputatur, si ejus officium, ac Sanctorum Patrum statuta, & consuetudinem tam apud hanc Sedem, quam generalia Concilia semper observatam, sciveris diligenter scrutari, facile tibi innoteſceri.

§.4. Quippe etiæ hujus dignitatis nomen quod modo in usu est, ab initio primitive Ecclesie non ita expressum fuit, officium tamen ipsum à B. Petro, ejusque successoribus institutum evidenter invenies. Imo, ut inquit Innocentius Tertius ex veteri testamento iussu Dei traxit originem, afferit enim id quod Deuteronomio dicitur, ut pro difficultate, & ambiguitate judicii accedatur ad Sacerdotes Leviticus generis, & judicem, qui fuerit illo tempore, & obediatur ipsorum judicio, qui presunt loco, quem Dominus elegerit, de summo Pontifice intelligentem esse, & fratribus ejus, id est S.R.E. Cardinalibus, qui ei jure Leviticum in executione Sacerdotalis officii coadiutores existunt. Itaque & ab exordio Ecclesie, sicut & hodie, Summis Pontificibus in regenda gubernandaque universalis Ecclesia assistebant. Et ut ex Concilio Stephani Papæ colligitur dicentis: Oportebat ut haec Sacrosancta Domina Romana Ecclesia, juxta quod a B. Petro, & ejus successoribus institutum est, rite ordinaretur, & in Apostolatus culmine unus de Cardinalibus presbyteris, aut Diaconis consecraretur, datus manus festa intelligi, hos fratres nostros qui inter Cardinales locantur, tempore B. Petri extitisse.

§.5. In confilio autem Nicenæ Concilii B. Sylvester, qui ceperit Ecclesiam regere anno Incarnationis Domini 330, vel circiter, in Synodo generali congregatis præsidens, hos coadiutores suos nuncupavit Cardinales, & magno admodum privilegio insignivit, quales nullus Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in canonibus habere repertur, ut videlicet sine plurima testimoniis multitudine damnari non debeant. Nec sine mysterio triplices ordo in fratrum nostrorum collegio à Sanctis nostris prædecessoribus institutus est. Nam cum summus Pontifex vices Dei gerat in terris, decuit quemadmodum Moysi præceptum fuit, ut omnia ad exemplum faceret, sic et ostensum erat in Monte, quod ad instar illius celestis Hierarchie in hac nostra Ecclesia tres constituerentur Ordines assisterentium Papæ, qui purgantium, illuminantium, & perficiuntum fungentur officio, veluti sunt Diaconi, Presbyteri, & Episcopi Cardinales. Decuit etiam cum Summus Pontifex Christi isti representent personam ut quemadmodum Christo conversanti in terris assisterent Apostoli, ita etiam Cardinalium cœtus Apostoli cum representans, eorum Papa assisteret, reliqui vero Episcopi ubique diffusi, Apostolos representant ad praedicandum per orbem missos.

§.6. Ipsos præterea Cardinales pro honoris, ac dignitatis eminentia, partem sui corporis Summi Pontifices appellant. Ex quo sine ulla dubitatione ostenditur, post caput Ecclesie, quod est Papa, cōtigua sui corporis membra, qui sunt fratres ejus Cardinales præ ceteris Ecclesie membris ac partibus honorari debere, adeo quidem ut sacrissimis canonicis sanctum sit, eos qui in Cardinalem manus injectent violentas, aut fugant, aut insequuti fuerint, seu ad hoc dederint consilium, vel favorem, criminis lege Majestatis reos, maximis & multiplicibus peccatis esse plectendos, ac si ipsi Apostolici throni violaverint majestatem, quod in ipsis, qui Patriarchas, Archiepiscopos

Cardinalatus
iusque digni-
tatem cetera
in Ecclesia statuta, &
reputatur, si ejus officium, ac Sanctorum Patrum
statuta, & con-
suetudinem tam
apud hanc Sedem, quam
generalia
Concilia semper
observatam, sciveris
diligenter scruta-
tri, facile tibi
innoteſceri.

B. Petrus bō-
rum officium
institutum, & v. i.
successoribus
institutum
evidenter in-
venies. Imo, ut
inquit Innocentius
Tertius ex veteri
testamento iussu
Dei traxit
originem, afferit
enim id quod
Deuteronomio
dicitur.

papa exaltat
or & in Con-
cilio
Ni ovo appre-
hendit, &
ab his resili-
multitudine
e nobis manu
non valent.

21

M. mbrs. Pors
tij u. nunc
antr, & que
ff. a. t. e.
omn. t. t.
m. p. f. a. r. t.
p. r. d. u. s. s.

3.

G. g. 2. p. s. c. o. p. s

EVGENIVS QVARTUS:

352

4. *Alii prae-*
nominis deci-
ratissimae.
5. *Imperator*
Constantinus
Patres appel-
lavia.
6. *Romana Ec-*
cl. sia, Cardi-
nalium car-
sum, alii il-
lustris in con-
suum.
7. *Confusa rudo*
Ecclesia R-
mana, & uni-
versalis idem
Quis ruraverit ab
inmemorabi-
le tempore ci-
ter.
8. *Et in Conci-*
lio hoc idem
uferatur s. it.
9. *Ex iure no-*
minandi Car-
dinalium, aperte alias
Prudatos in
Concilio, id est
Carissimum, id est
dinalatus, Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopa-
di, seu alia quacumque præfulgeat dignitate, per quod
- piscopos, vel Episcopos offendenter, statutum minime reperitur, ut evidenter hinc liqueat, tanto ampliorem censeri dignitatem, quanto plures, severioresque illam offendentibus indiguntur pena.
- §. 7. Sunt etiam, & in signum præminentie ipsi's fratribus nostris pre aliis Ecclesiæ Prælatis, & similiter cum Legati de nostro Latere destinatur, pre aliis Legatis multo, ac magna per canones attributa privilegia, quæ tibi nota esse non dubitamus. Hinc etiam constat cur à htere Apostoli, mitti eis solis, & non aliis appropriatur Legatis.
- §. 8. Sed & ille notissimus Constantinus Imperator, animadveriens ad quæ magnum, ac publicum universum Ecclesiæ officium ipsi frates nostri vocati essent, sic inquit. Volumus etiam deinde sui Ordinis Reverendi Climos Clericos S.R.E. servientes, singulos habere illud suum culmen potentie, & excellentie, cuius sanctissimum nos noster Senatus videtur gloria adornari, id est, Patrios Consules fieri, quos certè Patrios, Consules secundum leges, ut in summa dignitate constitutos Imperator patres sibi elegit, & loco patrum à se honorari affirmat.
- §. 9. Quod verò hæc dignitas tanto honore præfugat, nec tuæ fraternitati, nec cuiquam alteri molestem esse debet, quoniam ut sancti attestantur Patres, omnes Patriarchales, Archiepiscopales, Episcopales, Cathedrales, aliasque dignitates Romana fundavit Ecclesia, sicut que hec, unum Ecclesiæ amplam, alii ampliorem, & alii amplissimam prout expedire judicavit tradidit potestatem. Omnes enim tanquam unius arboris rami ab una radice, & ut diversi aquarum rivuli ab eodem fonte prodiuerint, licet unus alio copiosior, atque uberior. Itaque si justis ex causis, & Spiritu sancti instinctu quo hanc Sedem regi credendum est, Romana Ecclesia Venerabilium Cardinalium cœcum ad ecclesiæ hierarchias similitudinem conditum, & tanquam sui corporis partem his privilegiis, & honoribus illustrate decretivit, nec tua Ecclesia, cui per Apostolicam Sedem prefecetus es, nec quisquam alius Ecclesiæ gradus ab eodem similiiter Apostolico throno originaliter institutus, quæ omnia de ipsorum fratum nostrum consilio acta sunt, ullam successendi, aut conquerendi causam haberet, ne illud adducamus evangelicum verbum. Amice non facio tibi injuriam, nunquid mihi non licet de meo facere quod volo? Et sicut tu vis, ut privilegiis Ecclesiæ tuæ ab hac Se de concessis, alia deferant inferiores Ecclesiæ, ita eadem ratione par est, ut ab eadem Sedi huic cœctui instituto tu similliter deferas, & reverentiam præstes.
- §. 10. Multum etiam movere te debet diurna per Christianum populum ubique servata consuetudo, que etiam cetera decesserint, ex quo tam vetusta est, ut ejus initii memoria non extet in contrarium, pro constituto jure habenda fore, præsertim quando scientie, & approbante Summo Pontifice, non quidem uno, sed tot, quot unquam habuit Ecclesia, id actum esse dignoscitur. In omnibus enim nationibus, ac Reginis, & ut in Anglia memoravimus hactenus, hujusmodi præminentie Cardinalibus delatus est honor, qui quidem non tam ipsis, quam nobis, cum nostra sint membra, attribui censendus est. Nec minus his Ecclesiæ Romanae consuetudo, quæ caput, norma, & magistra est reliquarum Ecclesiæ, id ipsum tibi persuadeat, quæ semper nullo unquam contradicente in cunctis actibus, quibuscumque Prælatis præhonorati sunt.
- §. 11. Idem in antiquis generalibus Conciliis, præsertim in duobus Lugdunensibus, in uno præsidente Innocentio Quarto, in altero Gregorio Decimo, quorum adhuc extant acta, usitatum fuit. Sic & in his Synodis nostris nostra etate celebratis, de quibus etiam apud Regnum Anglie non pauci superfuner testes, obseruantum esse palam est, absentibus etiam Summis Pontificibus, idem & nunc nobis, præsidentibus in hoc sacro Oecumenico servatus Florentino Concilio.
- §. 12. His quoque illud accedit, quod in sententis, & decretis tam hujus sanctæ Sedis, quam generalium Conciliorum, cum de dignitatibus nominatim sit mentio, illa clausula adjici solet, Non obstantibus, si Cardinalatus, Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopaldi, seu alia quacumque præfulgeat dignitate, per quod
- ex ordine nominandi, quæ sit major, luculentem sparet.
- §. 13. Nec casetur quispiam quod Ordo Episcopalis presbyterio major sit, quoniam in ejusmodi prælacionibus officium ac dignitas, sive jurisdictio præponderat ordinis. Quemadmodum jure curum est, ut Archidiaconus non presbyter, sive jurisdictionis obtineat Archipresbyter, præster, similiter Diaconus, vel Subdiaconus, ut Cœlestis, aliud clericus noster, aut aliquis Metropolitanus Vicarius, seu Locumtenens in Synodo, & alibi, alios quocumque ordine maiores etiam Episcopos antecedat, propter illius jurisdictionem, quam exercet, & personam quam representat. Sic & electus ad Ecclesiam Cathedram, & confirmatus, quoniam nondum consecratus, ratione jurisdictionis cunctis in sua diecesti præsinet. Quis ergo jam dubitat eum qui talia jura, & canones condidit, & tales alii tribuit potestatem, posse eandem cum vult, & majorem suis membris tribuere? Si quis forte objicerit prioris dignitatis potius esse rationem habendam, quæm Cardinalatus de novo collati, cum in regiis tractatibus, ac parlamentis, quilibet ut sua Ecclesiæ Prælatus, non ut Cardinalis intersit. Huic objectioni evidens respondet ratio, nam cum personæ sint Ecclesiastice, sicut statuta, ac privilegia suarum Ecclesiæ in his actibus servant, multe magis Romanæ Ecclesiæ, cui vinculo obedientiæ adstricti sunt, privilegia, & statuta servare tenentur. Quibus nec ipse personæ Ecclesiastice, nec alii quicunque tanquam inferiores derogare quomodolibet possunt. Cum igitur virti Ecclesiastici ad actus publicos, vel privatos vocantur, cum suis qualitatibus, ac prærogativis ab Ecclesia institutis admitti debent. Nam & contra horum statum publicam, & universalis Ecclesiæ politiam, & in opprobrium Ecclesiasticae disciplinae vergeret, si in quovis actu Diaconus Presbyterum, vel Presbyter Episcopum, aut Episcopus Patriarcham præcederet. Præterea in canonibus scriptum est unumquemque in Collegio, vel Capitulo juxta suæ receptionis tempus honorandum esse, & quod si postea aliquis admittatur Presbyter, cæteris tempore anterioribus præponatur, qui Presbyteri non sunt. Quod si in ordine majori sit, hoc etiam multo amplius in dignitate seu jurisdictione quæ in his actibus major est ordine, servandum est, ut supra de Archidiacoно, & Archipresbytero dictum est. Quod si in post receptionis locum habet, eadem ratione in iis qui prius, si qua de novo ei obveniat dignitas. Hoc enim rationi conformanum est, ut dignius minus dignum ad se trahat, & res a potentiori, & nobiliori denominetur. Quod in ipsis Cardinalibus evidenter servatur, nisi licet certarum Ecclesiæ dum ad Cardinalatum afflumuntur Episcopi sint, nihilominus eos non Episcopos, sed Presbyteros S.R.E. Cardinales, Sedes Apostolica appellat. Quinimè si eis suas priores Ecclesiæ in tit. dimittunt, non amplius sub nomine Ecclesiæ, sed tituli Cardinalatus scribit, quasi ad majorem dignitatem, & jurisdictionem assumpti, alioquin non alcindisse, sed descendisse, non honoriari, sed desonorari viderentur.
- §. 14. Quis etiam non videat Cardinalatus dignitatem Archiepiscopali esse majorem dignitatem, quia cum illa private unius patris p̄ficit utilitati, ista publicæ potius populi Christiani. Illa utram dumentaxat regit Ecclesiæ, ista cum Sede Apostolica universas: & cum à nemine, à Cardinale solo Papa judicentur Cardinales, ipsi & Patriarchas, & Archiepiscopos, & reliquos Ecclesiæ gradus, cum Summo Pontifice judicant. Quorum officio nomen ipsum consonat optimè, nam sicut super cardinalem volvit ostium domus, ita super hanc Sedes Apostolica, totius Ecclesiæ ostium, quiescit & sustentatur.
- §. 15. Nullum denique pro tua intentione proponis Ecclesiæ Romanae privilegium, quis enim alias huic iuri positivo, & universalis Ecclesiæ observantie, atque Apostolicae concessionis, præsertim quæ Apostolici throni, membrorumque ejus præminentie concernit, contrarium privilegium dandi ullam omnino habet facultatem? neque etiam consuetudine ulla tuam causam tueris. Quanquam si qua prætenderetur, præter Apostolicæ Sedis consensum, & approbationem inefficax profrus censenda esset, ut proxime du privilegio dictum est, atque irratio

irrationabilis, quia per eam dignitas confunderetur Superiorum Magistratum, turbationemque pareret in quolibet reipublicae statu. Nam juxta Canones universos non possit alia ratione subsistere, nisi eam hujusmodi magnus differentia ordo servaret Ecclesiasticus, quia confundetur ordo, si cuique sua dignitas non servaretur, quamvis ut praedictum est, ex frequentibus actibus 40. annorum spatio usitatis, contraria potius in Regno Angliae confuetudo firmata sit.

§. 16. Hortamus itaque te venerabilis frater, & volumus, ut prædictis rationibus, ac nostrorum prædecessorum ordinationi atque Ecclesiæ universalis observantia penitus acquiescas, sicut pro tua prudentia, & devotione quam ad Romanam Ecclesiam, & nos semper habuisti, te facturum speramus. In reliquis verò, live quam Ecclesiam, sive personam concernentibus, que nec ratione, aut honestati derogent, pro magna, qua te omni tempore complexi sumus, ac complectimur charitate, nos semper proprios experieris.

An. 8. Datum Florentiae Pontificatus nostri Anno Octavo.

VI. Monachi professi Ordinis Cisterciensis Monachorum S. Benedicti, ad alium quam Carthusiano. ut Ordinem transire prohibentur.

Hoc idem vetus Nicol. V. die 9. Aprilis 1448. cuius bullam uti simpliciter confirmatoriam consulto pretermisi.

Alia de hoc Ordine scripsi sup. in Paschal. I. const. I. Desiderium.

An. D. E V G E N I V S E P I S C O P V S, Servus Servorum Dei: Ad futuram rei memoriam.

R Egularem vitam professi sic decet omnem vagandiam, omnemque inquietudinis causam amputare, quod in eorum vocatione persistant, ac sedulum, & devotum Altissimo exhibeant famulatum.

§. 1. Sanè pro parte dilectorum filiorum Patris Abbatis Monasterii Cisterciensium, Cabilon. dicitur, & aliorum Cisterciensium Ordinis Abbatum exhibita nobis nuper petitio continebat, quod nonnulli monachi dicti Ordinis, alii videlicet melioris frugis ficto colore, alii verò ut jugum obedientia, & salutaris medicinae effugiant disciplinam, ad alios regulares Ordines se divertant, & ut in illis remanere liberè possint, licentiam Apostolicæ Sedis in exquisitis coloribus satagunt obtinere.

§. 2. Nos igitur quorum interest animarum providere saluti, & hujusmodi salubre remedium adhibere, corundem patris & Abbatum supplicationibus inclinati, harum serie decernimus & etiam ordinamus, quod nullus Ordinis præfati professus ad alium quemcumque præterquam Carthusiensem Ordinem, etiam prætextu literarum Majoris penitentiarii nostri, etiam in illis plena & expressa de presentibus mentio habeatur, absque ejusdem patris Abbatis licentia speciali causam rationabilem & urgentem, quare licentia hujusmodi concedi debat, nobis & successoribus nostris Romanis Pontificibus expresse & specificè allegantis, audeat vel præsumat quomodolibet se transferre.

§. 3. Decernentes nihilominus contrafacentes eosdem correctioni sui Abbatis & dicti Ordinis omnino subesse, eosque transeuntes, & Abbates eorum, ipsi ad alium præterquam dictum Ordinem Carthusiensem transeundi licentiam concedentes, ipso facto excommunicationis sententia subjaceret.

§. 4. Non obstantibus quibuscumque privilegiis, ac indultis quavis auctoritate concessis vel concedendis, quæ quod hoc nullius existant firmitatis, & aliis contrariis quibuscumque.

Nulli ergo, &c. si quis, &c.

Dat. Florentiae Anno Incarnationis Dominicae 1439. decimo sexto Kalendas Martii, Pontificatus nostri Anno octavo.

Bullar. Mag. Tom. I.

Concordia Ecclesiæ Græcæ & Latinæ, cum definitione quorundam articulorum Catholicæ fidei in quibus dissidebant, Primatusque Romani Pontificis, & Ordinis Patriarcharum.

XVII.

Alia de Gracij, indicavi supra in confit. 14. Innoc. IV. Sub Catholicæ, ibi video.

Alias duas concordias hoc ferè tempore Deus sanctæ sua Ecclesiæ concessit, alteram scilicet Armenorum, alteram verò Jacobinorum, ut infra in const. 19. Exultate, & const. 23. cantate.

E V G E N I V S E P I S C O P V S, Edita An. D. Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam. Consentiente infra scripta charissimo in Christo filio nostro Ioanne Palaeologo Romanorum Imperatore Illustri, & Locum tenentibus venerabilium fratrum nostrorum Patriarcharum, & ceteris orientalem Ecclesiam representantibus.

L Etentur Cœli & exultet terra. Sublatus est enim de medio paries, qui occidentalem, orientalemque dividet Ecclesiæ, & pax atque concordia rediit, illo anguli lapide Christo, qui fecit utraque unum, vinculo fortissimo charitatis & pacis utrumque jungente patrem, & perpetuæ unitatis fodere copulante ac continente, postquam longam mortis nebulam, & dissidiū diuturni atram nigritamque caliginem, serenum omnibus unionis optatae jubat illuxit. Gaudeat & mater Ecclesia, quæ filios suos haec tenet invicem dissidentes, iam videt in unitatem, pacemque rediisse, & quæ antea in eorum separatione amarissimè flebat, ex ipsorum modo mira concordia, cum ineffabili gaudio omnipotenti Deo gratias referat. Cuncti gratulentur fidèles ubique per orbem, & qui Christiano censemunt nomine, matri Catholicæ Ecclesiæ collentur. Ecce enim occidentales orientalesque Patries, post longissimum dissensionis, atque discordie temporis, le maris ac terræ periculis exponentes, omnibusque superatis laboribus, ad hoc sacrum Oecumenicum Concilium, desiderio sacratissimæ unionis, & antiquæ charitatis redintegrando gratia, lati, alacresque convenerunt, & intentione sua nequaquam frustrati sunt. Post longam enim, labiosamque indaginem, tandem Spiritus sancti clementia ipsam optatissimam & sanctissimam unionem consecuti sunt. Quis igitur dignus omnipotentis Dei beneficis gratias referre sufficiat? quis tantas divinæ miserationis divitias non oblituscat? cuius vel ferreum, peccatum tanta supernæ pietatis magnitudo non molliat?

Sunt ista prorsus divina opera, non humanae fragilitatis inventa, atque ideo eximia cum veneratione suscipienda, & divinis laudibus prosequenda. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio, Christi fons misericordiarum; qui tantum boni sponsa tuæ Catholicæ Ecclesiæ contulisti, arque in generatione nostra tuæ pietatis miracula demonstrasti, ut enarrent omnes mirabilia tua. Magnum sequendum divinumque manus nobis Deus largitus est qui oculis vidimus quod ante nos multi, cum valde cupierint, apicere nequerunt.

§. 1. Convenientes enim Latini & Græci in hac sacra Oecumenica Synodo, magno studio invicem usi sunt, ut inter alia etiam articulus ille de divina Spiritus sancti processione, summa cum diligentia & assidua inquisitione dicuteretur. Prolatis verò testimoniosis ex divinis scripturis, plurimisque auctoritatibus sanctorum Doctorum orientalium & occidentalium, aliquibus quidem ex Patre & Filio, quibusdam verò ex Patre per Filiū procedere dicentibus Spiritum sanctum, & eandem intelligentiam apicentibus omnibus sub diversis vocabulis, Græci quidem afferuerunt quod id quod dicunt Spiritum sanctum ex Patre procedere, non hac mente profert, ut excludant filium, sed quia eis videbatur, ut aucti, Latinos afferere Spiritum sanctum ex Patre & Filio procedere tanquam ex duobus principiis, & duabus spicationibus, ideo abstinuerunt à dicendo, quod Spiritus sanctus à Patre procedat & Filio. Latini verò affirmant.

Pro qua concordia habentur celebraturum fuit Concilium Florentinum.

verunt non se hac mente dicere Spiritum sanctum ex Patre, Filioque procedere, ut excludant Patrem, quin si fons atque principium totius Deitatis, Filii scilicet, ac Spiritus sancti, aut quod id quod Spiritus sanctus procedit ex Filio, Filius à Patre non habeat, sive quod duobus ponant principia, seu duas spirations; sed unum tantum afferant esse principium, unicamque spirationem Spiritus sancti, prout hactenus afferuerunt. Et cum ex his omnibus unus & idem eliciatur veritatis sensus, tandem in infra scriptam, & sanctam Deo amabilem eodem sensu eademque mente unionem unanimiter concordarunt & conseruerunt.

Definitiones articulorum Fidelis.

Artic. 1. §. 2. In nomine igitur sanctæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, hoc sacro universali approbante Florentino Concilio, definitus, ut hæc fidei veritas ab omnibus Christianis creditur & suscipiatur, siveque omnes profiteantur.

Artic. 2. §. 3. Quod Spiritus sanctus ex Patre, & Filio aeterniter est, & essentiam suam, siveque esse subsistens habet ex Patre simul & Filio, & ex utroque aeternaliter, tanquam ab uno principio, & una spiratione procedit. Declarat quod sancti Doctores, & Patres dicunt ex Patre per Filium procedere Spiritum sanctum, ad hanc intelligentiam tendit, ut per hoc significetur filium quoque esse secundum Graecos quidem causam; secundum Latinos verò, principium subsistentiæ Spiritus sancti, sicut & Patrem. Et quoniam omnia quæ Patris sunt, Pater ipse unigenito Filio suo dignando dedit, præter eum Patrem, hoc ipsum quod Spiritus sanctus procedit ex Filio, ipse Filius à Patre aeternaliter genitus est. Definiens insuper explicationem verborum illorum, Filioque, veritatis declaranda gratia, & imminentे tunc necessitate, licet, ac rationabiliter Symbolo sive appositam.

Artic. 3. §. 4. Item in azymo sive fermentato pane triticico, corpus Christi veraciter confici: Sacerdotesque in altero ipsorum Domini corpus confidere debere, unumquemque scilicet juxta suæ Ecclesiæ, sive Occidentalis hve Orientalis consuetudinem.

Artic. 4. §. 5. Item si verè poenitentes in Dei charitate deceperint, antequam dignæ poenitentiæ fructibus de commissis satisficerint, & omisis, eorum animas poenis Purgatorii post mortem purgari: & ut à poenis hujusmodi relevenerint, & prodebet eis fidelium vivorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes, & eleemosynas, & alia pietatis officia, quæ à fidelibus pro aliis fidelibus fieri confuerunt secundum Ecclesiæ instituta.

Artic. 5. §. 6. Illorumque animas qui post baptismum susceptum nullam omnino peccati maculam incurserunt, illas etiam quæ post contritam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exitu corporibus (prout superius dictum est) sunt purgatae, in celum mox recipi, & intueri clare ipsum Deum trinum, & unum sicuti est, pro meritorum tamen diversitate aliam alia perfectius.

Artic. 6. §. 7. Illorum autem animas qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decadunt, mox in Infernum descendere, poenis tamen disparibus puniendas.

Definitiones articulorum Petri.

Artic. 7. §. 8. Item definitus, Sanctam Apostolicam Sedem, & Romanum Pontificem in universum orbem tenere primatum, & ipsum Pontificem Romanum successorem esse B. Petri Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiæ caput, & omnium Christianorum patrem, ac doctorem existere, & ipsi in B. Petro, pacendi, regendi, ac gubernandi universalem Ecclesiam à D. N. Iesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in gestis ecumenicorum Conciliorum, & in sacris Canonibus continetur.

Artic. 8. §. 9. Renovantes insuper ordinem traditum in Canonibus ceterorum venerabilium Patriarcharum, ut Patriarcha Constantinopolitanus secundus sit post sanctissimum Romanum Pontificem, tertius verò Alexanderinus, quartus autem Antiochenus, & quintus Hierosolymitanus; salvis videlicet omnibus privilegiis, & juribus eorum.

D. P. An. 9. Dat Florentina in sessione publica Synodali, solemniter in Ecclesia majori celebrata, anno Incarnationis Domini 1439. pridie Nonas Julii, Pontificatus nostri Anno ix.

Ego Eugenius Cathol. Ecclesiæ Episcopus, ^{Papa ad} ita definiens subscripti.

Adjutor & protector meus es in Domine, ne derelinques me.

Ego Antonius Episcopus Ostiensis, Card. Bononiensis, ^{Card. ad} supradictas definitiones veras & Catholicas esse affirmo, & me illis subscripti.

Ego Berenda Episcopus Portuensis, Cardinalis Placentinus, supradictas definitiones veras, & Catholicas esse affirmo, & subscripti.

Ego N. tituli S. Crucis, presb. Card. supradictis definitionibus tanquam veris, & Catholicis subscripti.

Ego F. tituli S. Clementis, presbyter Cardinalis, supradictis definitionibus me subscripti.

Ego A. tit. S. Marci, presb. Card. subscripti.

Ego Jul. tit. S. Sabinae, presb. Card. me subscripti.

Ego Prosper tit. S. Georgii ad Vulum aureum, Diaconus Cardinalis de Columna subscripti.

Ego Dominicus S. Mariæ in Via lata, S.R.E. Diaconus Card. subscripti.

Exemptio Scorum sive Monialium Ordinis B. Claret, à jurisdictione, & superioritate Ordinariorum, & aliorum quorumcumque. Et à solutione pedagiorum, & quarumlibet contrahibut orum.

Habent he Sorores, nedium istas, sed alias exemptiones, ut inf. in Pii IV. conf. 5. De statu, cum ibi notandis.

Hujus Ordinis duas sunt regulæ, quarum primam videtur in const. 12. Innoc. IV. Solet ubi notavi. Alteram verò attende in constit. 7. Urb. IV. Beata.

E V G E N I V S E P I S C O P U S, ^{Ecclesie} Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

*L*cet Romanus Pontifex omnes religiones, & religiosas personas, carumque Monasteria, sive loca, afflucto benicitatis affectu prosequi confuerit, illa tamen specialius sibi subdit, ac à cuiuslibet alterius jurisdictione, onerumque quorumcumque subjectione, & solutione libera facit penitus, & exempta, quæ majoribus oppressionibus, exactionibusque gravata noscuntur.

S. 1. Exhibita quidem nobis nuper pro parte dilectorum in Christo filiarum Abbatissarum, & Conventuum, universorum Monasteriorum S. Damiani, ac Minoristarum, & S. Claræ Ordinis ejusdem Sanctæ sub Generali Ministeri, aliorumque officialium Ordinis fratrum Minorum cura ubilibet constitutarum, petitio continebat, quod ob varias decimatarum, & charitatiorum subsidiorum, aliorumque onerum impositiones, tam pro Romanæ Ecclesiæ, suorumque Legatorum, & Nuntiorum incumbentibus quam pro honorandis Regibus, ac Principibus, & Communitatum subventionibus, Apostolica auctoritate haec tenus ordinatas, constitutas, atque decretas, necnon gabellas, pedagia, & gravamina, aliaque onera realia per potestates, Rectores, atque regimina secularia factas, impositas, & illatas, petitionesque & exadições, quæ ratione fructuum, qui in eotundem Monasteriorum, & locorum agris, & possessionibus intra nonnullarum, cum cura & sine cura, colescarum limites consistentibus colliguntur, à nonnullis illarum Rectoribus, & beneficiatis factæ sunt haec tenus, & sunt etiam de praesenti, Abbatisse, Conventus, Moniales, Monasteria, & loca hujusmodi in tantam paupertatem, inopiamque venerunt, quod pia eorum vota exolvere non valentes, in Monasteriis, & locis ipsis divinus cultus est adeo diminutus, quod nisi provideatur celeriter, verisimiliter fortidatur in eis extincio observantiae regulatis. Quare pro parte Abbatissarum, & Conventuum predictarum nobis fuit humiliter suppli

*De initio
et in Pa-
triarchatu.*

*D. P. An. 9.
et 4. Julii.*

supplicatum ut providere eis, & eisdem Monasteriis, sive cupentur, seu ad contribuendum in eis compelli valent.

§.2. Nos igitur qui ad eosdem Fratrum Minorum, & S. Clarae Ordines specialem gerimus devotionis affectionem, piz mem. Nicolai Quartii, Bonifacii octavi, Joannis Vigescundi, Clementis Tertii, Alexandri Quartii, & Benedicti Undecimi prædecessorum nostrorum vestigiis inherentes, earundem Abbatiarum, & Conventuum, necnon dilecti filii Guillelmi de Casali, ejusdem Fratrum Minorum Ordinis Generalis Ministri sacrae paginae professoris, nobis super hoc humiliter supplicantis, in hac parte supplicationibus inclinati, ut in eisdem Monasteriis eo devotius divinis laudibus intendatur, quo personæ in illis vacantes studio piz vita potiori fuerint immunitatis privilegio communis, Abbatissas, Conventus, Moniales, Monasteria, atque loca hujusmodi cum omnibus iuribus, & pertinentiis, ac bonis corundem mobilibus, & immobilibus quibuscumque tam præsentibus, quam futuris, ab omni jurisdictione, dominio, potestate quorumcunque Legatorum, Patriarchatum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Nuntiorum, & aliorum quorumcunque Ordinariorum Judicium ad instar prælatorum Pontificum concessorum privilegiorum, quæ hic haberi volumus pro sufficienter expressis, auctoritate Apostolica ex certa scientia, tenore præsentium prorsus eximimus, & perpetuò liberamus, ac sub B. Petri, & Sedis Apostolicae protectione suscipimus, atque nostra, illaque nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus canonice intrantibus, & dictæ Sedi duntaxat immediate volumus subiacere. Ita quod Legati, & Nuntii dictæ Sedis, ac Judices prefati, aut alia quævis persona, sacerularis vel regularis, Ecclesiastica, vel mundana, quacumque fulgeat dignitate, nullas in Abbatissas, Conventus, Moniales, Monasteria, sive loca hujusmodi, utpote prorsus exemptas, possint excommunicationis, vel interdicti sententias promulgare, vel jurisdictionem, dominium, aut potestatem aliquam exercere, ratione delicti, contractus, aut rei de qua ageretur, ubicumque commitmentum delictum, ineatur contractus, aut res ipsa consistat.

§.3. Quinind Abbatissas, Conventus, & Moniales easdem cum earum Monasteriis, atque locis perpetuò exemptas esse volumus, immunes, & liberas, & ab omni deciratum, subditorum, gabellarum, pedagorum, frumentorum, & aliorum hujusmodi solutione, contributione, responsione, & aliis quibuscumque, fel. rec. Innocentii Papæ IV. prædecessoris nostri, & aliis quibuslibet constitutionibus, & privilegiis, indulgentiis, & literis Apostolicis specialibus, & generalibus, locorum Ordinariis, vel aliis quibuscumque, & quovis modo concessis, & in posterum concedendis, necnon statutis, consuetudinibus, & ordinationibus Monasteriorum, locorum, & Ordinum prædicatorum, ac obligationibus, promissionibus, & solutionibus per easdem Abbatissas, Conventus, & Moniales haec temis forsan factis, contrariis, juramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis non obstantibus.

§.4. Mandantes omnibus, & singulis Legatis, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Ordinariis, Rectoriis, & aliis supradictis, cuiusvis ordinis, gradus, status, & conditionis existant, etiam si Cardinalatus præfulgeant dignitate, ne Abbatissas, Conventus, Monasteria, & loca hujusmodi super præmissis, & circa ea impellant, aut quomodolibet molestant, quinid nec sinant ab aliis, quantum in eis fuerit, quomodolibet molestari, etiam per literas Apostolicas sub quavis forma, vel expressione verborum confectas, seu conficiendas in posterum, & etiam si litera ipsæ de eisdem Monasteriis, Abbatissas, Prioriss, Conventibus, Ordinibus, & Religione, ac prælegiis, & indultis ipsarum, & de præsenti indulto, plenam, & expressam facerent mentionem, ac etiam si in eisdem literis concessis, & concedendis claufula infra scriptæ, videlicet quod omnes persona Ecclesiastica, sacerulares, & Religiose, exemptæ, & non exemptæ, ad præstationem, seu solutionem decimarum, collectarum, talleatum, subsidiorum, procurationum, angariarum, ac aliarum quatuorlibet exactionum, quocumque nomine nun-

*Concessis
omnibus do-
rogatis*

§.5. Non obstantibus si dilectis in Christo filiabus, Abbatissas, & Conventibus dictorum Monasteriorum, & ipsis universis Monasteriis, vel Ordini seu Religioni ipsarum, in specie, vel in genere, vel quibusvis aliis communiter, vel divisim a Sede Apostolica sit indultum, quod ad solutionem, seu præstationem decimarum, collectarum, tallearum, subsidiorum, procurationum, & aliarum impositionum hujusmodi, seu ad contribuendum in eis minimè tenerentur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, quæ de indulto hujusmodi, & toto tempore ipsius plenam, & expressam, ac de verbo ad verbam non facerent mentionem, sive quibuslibet privilegiis, eis vel quibuscumque personis, locis, vel Ordinariis à præfata Sede conciliis, vel concedendis, de quibus oportet in dictis literis specialem fieri mentionem, & per quæ efficitus literarum ipsarum quomodolibet impediri valeret, vel etiam retardari, vel alia quæcumque, & qualescumque claufula prædictis similes, vel dissimiles, sub quocumque tenore, vel expressione verborum insertæ fuerint, quæ constitutioni, & ordinationi nostris hujusmodi possint in aliquo derogare, compelli possint invitare. Decernentes ex nunc omnes excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententias, ac quoscumque processus, quacumque personas continentis, quos, vel quas, aduersus Abbatissas, Conventus, Moniales, Monasteria, loca, & bona prædicta, contra tenorem, & formam exceptionis, hujusmodi quomodolibet haberi contigerit, seu etiam promulgari, irritos & inanes, ac nullius existere roboris vel momenti.

§.6. Per hoc autem dilectis filiis Generali Ministro, & aliis Ordinis Minorum hujusmodi pro tempore existentibus officialibus, nullum, quin omnem quam hactenus habuerunt, & de præsenti habent curam, dispositio-
*ordinis Fra-
trum Minorum
superiorum
dictam prædicta
væ.*

nam, & quamlibet aliam ordinationem Abbatiarum, Conventuum, Monasteriorum, & locorum prædictorum, liberè & licetè valeante exercere, nolumus præjudicium generari.

Nulli ergo, &c.
Dat. Florentiæ, Anno Incarnationis Dominiæ 1438. D.P.A. 9. die 13. Avg.

Idibus Augusti, Pontificatus nostri anno nono.

Concordia Armenorum cum Sancta Romana Ecclesia, & declaratio articulorum septem novæ legis Sacramenta, & pleraque alia concernentium.

suxta ejusmodi concordiam inita fuit etiam unio Jacobinorum, ut mox viva habetur in conf. 23. Cantate.

E V G E N I V S E P I S C O P V S, Edita An. D. Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam. 1439.

Xultate Deo adjutori nostro, jubilate Deo Jacob, Exultatio, omnes qui ubique nomine censemini Christiano. Ecce enim iterum recordatus Dominus misericordia sua, cum gratiarum acti ne omnes potuerit Deo, alium dissidi lapidem, nongentis & amplius inveteratum annis, de Ecclesia sua auferre dignatus est, & qui facit concordiam in sublimibus, & per quem in terra pax est hominibus bona voluntatis, optati, main Armenorum unionem sua ineffabili miseratione concessit. Benedictus Deus, & Pater Domini nostri J. su CHRISTI, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Intuens namque piissimum Dominus Ecclesiam suam, modo ab his qui foris sunt, modo ab his qui intra, non parvis agitari turbinibus, ut inter ipsas respirare angustias, & ad resistendum fortior aspergere valeat, multis eam quotidie modis consolari, & robore dignatur.

§.1. Nam & pridem magnam illam Græcorum unionem, multas longe lateque continentium nationes, & na Græca linguis; hodie vero hanc ipsam Armenici populi, qui secula est, ut

*In præced. bul.
la habetur. &
mod. etiam
Armenorum,
ne sequitur.*

per Septemtrionem, & Orientem in magna copia diffusus / re mysterium dispensationis Domini, que propter nos est in eodem fidei & charitatis vinculo, cum Sede Apostolica stabilivit. Hæc profecto tam magna, & mira sunt divine pietatis beneficia, ut non solum pro utroque, sed ne quidem pro altero satis dignas suæ maiestati referre gratias posset intellectus humanus. Qui non videnter admiretur, uno eodemque tam brevi tempore duo sic præclaræ, & saeculis desiderata opera, in hoc sacro Concilio fuisse tam feliciter consumata? Verè à Deinno factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Quomodo enim hominum prudentia, vel industria, nisi gratia Dei & cœpisset, & perfecisset, has tantas & tales res expletere potuissent? Laudemus jugiter, & toto corde benedicamus Dominum, qui fecit mirabilia magna solus, ipsique psallamus spiritu, psallamus & mente, oreque & opere, quantum sinit humana fragilitas, pro tantiisque munieribus gratias agamus, orantes & oblectantes, ut quemadmodum ipsi Græci, atque Armeni unū cum Ecclesia Romana & ceteris sunt, ita sicut & ceteræ nationes, præfertim Christi charactere insignitæ, & totus denique Populus Christianus omnibus oditiis bellisque extintæ, mutua invicem pacem, & fraterna charitate quiescat & gaudeat.

*Armenorum
laudes.*

§. 2. Ipsos autem Armenos magis laudum preconis dignos esse merito censemus. Ut primum ep̄m à nobis ad Synodum accersiti sunt, tanquam Ecclesiasticæ avidi unitatis, spectabiles, devotos & doctos Oratores suos cum sufficienti mandato, de suscipiendo videlicet quicquid Spiritus sanctus hanc sanctam Synodum illustraverit, ex remotissimis regionibus per multos labores marisque pericula, ad nos & hoc sacrum Concilium definarunt.

*Prius Romi-
ne cura.*

§. 3. Nos verò tota mente, ut nostrum pastorale decebat officium, cupientes tam sanctum perficere opus, sapientem ipius Oratoribus de hac sancta unione contulimus, & ne vel parva huic sanctæ rei dilatio fieret, deputavimus de omni statu hujus sacri Concilii viros juris divini, & humani doctissimos, qui cum omni cura, studioque & diligentia rem istam cum ipsis pertractarent Oratoribus, ab eis accurate inquirentes eorum fidem, tam circa divine unitatem essentiae, & divinarum personarum Trinitatem, quam Domini nostri Iesu Christi humanitatem, & septem Ecclesiæ Sacraamenta & alia ad fidem orthodoxam, & ritus universalis Ecclesiæ pertinentia.

*Vno scuta
et pro eius
stabilimento
compendium
Armeni da-
tur ab ipso
Pontifici sacro
approbante.
Concilio Fl-
orensi.*

§. 4. Multis itaque adhibitis disputationibus, colloca tionibus, & tractatibus, postque non mediocrem termi niorum inspectionem, quæ ex sanctis Ecclesiæ Patribus, & Doctribus deducta sunt, & eatum de quibus agebatur rerum discussiōnem, tandem expedire judicavimus, ne ulla in futurum de fidei veritate apud ipsos Armenos hasitatio esse valeat, atque idem per omnia sapientem Sede Apostolica, unioque ipsa stabilis, & perpetua sine ullo scutulo perseveret, ut sub quodam brevi compendio orthodoxæ fidei veritatem, quam super præmissis Romana profetetur Ecclesia, per hoc decretum, sacro hoc approbante Florentino Concilio, ipsis oratoribus ad hoc etiam consentientibus trademus.

De Symbolo.

§. 5. In primis ergo damus eis Sanctorum Symbolum, à centum quinquaginta Episcopis in oecumenico Constantinopolitano Concilio editum, cum illa additione: Filioque, ipsi Symbolo declarandæ veritatis gratia, & urgente necessitate, licet & rationabiliter apposita, cuius talis est tenor. Credo in unum Deum, &c. hoc autem sanctum Symbolum, sicut apud Latinos mos est, ita decernimus per omnes Armenorum Ecclesias intra Missarum solemnia singulis saltem dominicis diebus, & majoribus festivitatibus decantari, vel legi.

§. 6. Secundò tradimus eis definitionem quarti universalis Concilii Chalcedonensis, in quinto postea & sexto universalibus Conciliis renovatam, de duabus naturis in una Christi persona, cuius tenor talis est: Sufficeret quidem sapiens hoc & salutare divinæ gratiæ Symbolum ad plenam cognitionem ac confirmationem pietatis. De Patre enim, & Filio, & Spiritu sancto perfecti onem docet, & Deinno humanitatem fideliter accipientibus representat. Sed quoniam hi qui conantur reprehendere prædicationem veritatis per proprias hæreses, novas voces generunt, & hi quidem præsumentes corrupte-

facta est; alii verò introducentes confusionem permixtionem que, & stulte contingentes unam esse naturam carnis, & Deitatis, & portentosè dicentes passibilem unigenitum divinam naturam: eb hoc volens claudere illis omnem machinationem contra veritatem, p̄sens nunc sancta & magna atque universalis Synodus prædicationem hanc docens ab initio immobilem, dec̄evit ante omnia fidem trecentorum decem & octo Sanctorum patrum manere irrecusabilem, & posteriore tempore propter illos quidem qui pugnant adversum Spiritum sanctum, corroborat doctrinam de substantia Spiritus, traditam à patribus centum quinquaginta apud Constantinopolim congregatis, quam illi omnibus notam fecerunt, non quasi inferentes, quod aliiquid minus esset in præcedentibus, sed eorum intellectum de spiritu sancto Scripturarum testimonii declarantes, adversus eos qui dominationem ejus respovere tentaverunt. Propter illos autem qui moluntur corruptere dispensationis mysterium, & impudenter delirant, dicentes, purum hominem esse illum, qui ex Sancta MARIA Virgine natus est, sive p̄ Epistolas synodicas beati Cyrilli quondam Præsulis Ecclesiæ Alexandrina ad Nestorium, & ad Orientales, congruas existentes ad convincendas Nestorii vesanas, & ad interpretationem eorum, qui salutari Symboli mentem pio zelo nosse desiderant. Quibus etiam consequentissime epistolam coaptavit magnæ & senioris Urbis Romæ Præsulis beatissimi ac sanctissimi Leonis Papæ, quæ scripta est ad sanctæ memoriae Archiepiscopum Flavianum, ad perimentam Eutychis malam intelligentiam, utpote congruentem illius magni Petri confitioni, & existentem nobis quandam columnam communem adversus prævæ dogmata, & ad confirmationem rectorum dogmatum. His namque qui in duos filios dispensationis divinae mysterium discerpere nituntur, oblitis, & illos qui passibilem deitatem unigeniti aut sunt dicere, à facto cœtu expellit, & his qui in duabus naturis Christi temperamentum aut confusionem exquirunt, reficit: & eos qui dicunt, servi formam, quam ex nobis assumptis, cœlestem esse, aut alterius alicujus substantię, ut dementes abiciunt: & qui duas quidem ante unionem naturas Dominum fabulantur, unam verò post unionem configunt, anathematizat. Sequentes igitur sanctos Patres, unum eundemque confiteri filium Dominum nostrum JESUM CHRISTUM consonanter omnes docemus, eundem perfectum in Deitate, eundem perfectum in humanitate, Deum verè, & hominem verè, eundem ex anima rationali, & corpore, consubstantiale Patri secundum Deitatem, & consubstantiale nobis eundem secundum humanitatem, per omnia nobis similem absque peccato, ante sancta quidem de Patre genitum secundum Deitatem, in novissimis autem diebus eundem propter nos, & propter salutem nostram ex MARIA Virgine Dei genitrici secundum humanitatem, unum eundemque Christum verum Filium Dominum unigenitum in duabus naturis inconfuse, immutabiliter, indivise, inseparabiliter agnoscendum, nisquam sublata differentia naturarum propter unionem, magisque salva proprietate utriusque naturæ, & in unam personam atque subsistentiam concurrente, non in duas personas partitum, sive divisum, sed unum, & eundem Filium unigenitum, Deum verum Dominum JESUM CHRISTUM, sicut ante Prophetæ de eo, & ipse nos Jesus CHRISTUS eruditiv, & Sanctorum Patrum nobis tradidit Symbolum.

§. 7. Tertiò definitionem de duabus voluntatibus, *Duabus
laicis in una
Christi per-
sona.*

duabusque Christi operationibus in prædicto sexto Concilio promulgatam, cuius tenor talis est: Sufficeret quidem, & reliqua, quæ ipsa definitione Concilii Chalcedonensis superius enarrata, sequuntur usque ad finem, post quem sequitur in hunc modum: Et duas naturales voluntates in eo, & duas naturales operationes indivise, inconvertiscibiliter, inseparabiliter, inconfuse, secundum Sanctorum Patrum doctrinam adæque prædicamus, & duas naturales voluntates non contrarias, juxta quod impii asseruerunt hæretici, sed sequentem humanam ejus voluntatem, & non resistenter, vel reluctanter; sed potius, & subjectam divinæ ejus atque

sequi omnipotenti voluntati. Operatur enim carnis voluntas in moveri, subiecti vero voluntati divina juxta spiritualissimum Athanasium. Sicut enim ejus caro, Dei verbi dicitur ex eis, ita de natura carnis ejus voluntas, propria Dei verbi dicitur ex eis, sicut ipse ait: Quia descendit de celo, non ut faciat voluntatem meam, sed ejus qui misit me/patris, suam propriam dicere voluntatem erat carnis ejus. Nam & caro propria ejus facta est. Quemadmodum enim sanctissima aqua immaculata animata ejus caro, deificata est, non est perempta, sed in proprio sui statu, & ratione perransitata & humana ejus voluntas deificata est, non est perempta, salvata est autem magis secundum dictum Gregorium dicentem: Nam velle illius qui in Salvatore intelligitur, non est contrarium Deo, deificatum est totum, duas enim naturales operationes indivise, inconvertibiliter, inconfuse, inseparabiliter in eodem Domino Iesu Christo vero Deo modo glorificamus, hoc est divinam operationem, & humam operationem secundum divinum predicatores Leonem apertissime assertorem. Agit enim utramque forma cum alterius communione, quod proprium est, verbo scilicet operante quod verbi est, & carne exquente quod carnis: nec enim in quoquam unam dabimus naturalem operationem Dei, & creature, ut neque quod creatura est, in divinam educamus essentiam, neque quod exanim est divinæ naturæ, ad competentem creaturis locum dejiciamus. Unius enim, & ejusdem tam miracula, quam passiones cognoscimus, secundum aliud, & aliud earum ex quibus est naturarum, & in quibus habere esse, sicut admirabilis inquit Cyrillus. Undique igitur in confusum, atque individuum conservantes unum sanctæ Trinitatis, brevi voce cuncta proferimus: & post incarnationem, Dominum nostrum JESUM CHRISTUM verum Deum esse credentes, assertimus duas ejus esse naturas, in una ejus radiante substantia, in qua tam miracula quamque passiones per omnem sui dispensativam conversationem, non perphantiam, sed veraciter demonstravit, ob naturalem differentiam in eadem una substantia cognoscendam, dura utraque natura cum alterius communione, indivise & inconfuse propria vellet atque operaretur, juxta quam rationem, & duas naturales voluntates, & operationes constituerunt, ad salutem humanam convenienter in eo concurrentes.

Sacra Novitatis
¶. 8. Quarto, quoniam haec enim ipsi Armeni per has res Nicenam, Constantinopolitanam, & Ephesinam primam Synodos, nullas alias universales postea celebratas, nec ipsum beatissimum hujus sanctæ Sedis Antistitem Leonem, cuius auctoritate ipsa Chalcedonensis Synodus extitit congregata suscepserunt, assertentes eisdem fuisse suggestionem, tam Synodum ipsam Chalcedonensem quam memoratum Leonem, secundum damnatum Nestorii, & Eutychis dogmata, injunxit usque ut ipsum beatissimum Leonem, qui vera fidei columnam fuit, & omni sanctitate & doctrina refutans, tanquam sanctum & in Catalogo Sanctorum merito delcriptum, de cetero reputant, & venerantur, atque non solum dictas tres Synodos, sed & omnes alias universales auctoritate Romani Pontificis legitimè celebratas, sicut & ceteri fideles, reverenter suscipiant.

Sacra Novitatis
¶. 9. Quinto, Ecclesiasticorum sacramentorum veritatem, prout ipsorum Armenorum, tam praesentium quam futuorum faciliori doctrina, sub hac brevissima redigimus formula, Novæ legis septem sunt sacramenta, vide licet, Baptismus, Confirmationis, Eucharistia, Penitentia, Extrema-Uncio, Ordo, & Matrimonium, quæ multum à sacramentis differentiæ legis. Illa enim non causabant gratiam, sed eam solum per passionem Christi dandam esse figurabant: hæc vero nostra, & continent gratiam, & ipsam digne suscipientibus conferunt. Horum quinque prima ad spiritualem uniuscuiusque hominis in seipso perfectionem, duo ultima ad totius Ecclesiæ regnum multiplicationemque ordinata sunt. Per

Baptismum enim spiritualiter renascimur, per Confirmationem augemur in gratia, & roboranur in fide, tenari autem, & roboran, nutririæ divina Eucharistie alimento, quod si per peccatum negligendum incurrit, animæ per Penitentiam spiritualiter sanamur, spiritualiter etiam, & corporaliter (prout animæ expedit) per Extram Uuptionem. Per Ordinem vero Ecclesia gubernatur, & multiplicatur. Per Matrimonium corporaliter adiungitur. Hæc omnia Sacraenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, & persona ministri conferentes sacramentum, cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, quorum si aliquod desit, non perficitur sacramentum. Inter haec sacraenta tria sunt, Baptismus, Confirmationis, & Ordo, quæ characterem, id est spirituale quoddam signum, à ceteris distinctione imprimit in anima indebole. Unde in eadem persona non reiterantur. Reliquæ vero quatuor characterem non impriment, & reiterationem admittunt.

¶. 10. Primum omnium Sacramentorum locum tenet Baptismo. *De Baptismo. Hoc agitur etiam infra. in cap. 17. Cap. 1. tate.* Sanctum Baptisma, quod vita spiritualis janua est, per ipsum enim membra Christi, ac de corpore efficiunt Ecclesiam. Et cum per primum hominem mox intraverit in universos, nisi ex aqua & spiritu renascimur, non possimus (inquit Veritas) in regnum cœlorum introire. Materia hujus sacramenti, est aqua vera & naturalis; nec refert frigida sit an calida. Forma autem est, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Non tamen negamus tquin & per illa verba, Baptizetur talis servus Christi in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Vel, baptizatur manibus meis talis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, verum perficiatur Baptisma: quoniam cum principali causa, ex qua baptismus virtutem habet, sit sancta Trinitas, instrumentalis autem sit minister, qui tradit exteriorum Sacramentum, si exprimatur actus, qui per ipsum exercetur ministerium, cum sanctæ Trinitatis invocatione, perficitur sacramentum. Minister hujus sacramenti est sacerdos, cui ex officio competit baptizare. In * causa autem * causa, non solum sacerdos, vel diaconus, sed etiam laicus, vel mulier, in die etiam paganus, & hereticus, baptizare potest, dummodo formam servet Ecclesiam, & facere intendat quod facit Ecclesia. Hujus sacramenti effectus, est remissio omnis culpe originalis, & actualis, omnis quoque peccate que pro ipsa culpa debetur. Propterea baptizatis nulla pro peccatis præteritis injungenda est satisfactio, sed morientes antequam culpam aliquam committat, statim ad regnum Cœlorum, & Dei visione perveniunt.

¶. 11. Secundum Sacramentum est Confirmationis, cu[m] Conformatio[n]e, cu[m] Chrismate, cuius materia est Chrisma consecratum ex oleo, quod nitorem significat conscientia, & balsamo, qui odorem significat bonæ famæ, per Episcopum benedicto. Forma autem est, Signo te signo Crucis, & confirmo te Christum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Ordinarius minister est Episcopus. Et cum ceteras unctiones simplex sacerdos valeat exhibere, hanc nonnisi Episcopus debet conferre, quia de solis Apostolis legitur, quorum vicem tenent Episcopi, quod per manus impositionem Spiritum sanctum dabant, quemadmodum Actuum Apostolorum lectio manifestat. Cum enim audivissent (inquit) Apostoli, qui erant Hierosolymis, quia receperisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum, & Joannem, qui cum venissent, oraverunt pro eis ut acciperent Spiritum sanctum, nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Iesu. Tunc imponerant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum. Loco autem illius manus impositionis, datur in Ecclesia Confirmationis. Legitur tamen aliquando per apostolicæ Sedis dispensationem, ex rationabili, & urgente admodum causa, simplicem sacerdotem Christum per Episcopum consecro hoc administrasse Confirmationis Sacramentum. Effectus autem hujus Sacramenti est, quia in eo datur Spiritus sanctus ad robur, sicut datus est Apostolis in die Pentecostes, ut videlicet Christianus audacter Christi confiteatur nomen. Ideoque in fronte, ubi verecundia sedes est, confitmandus injungitur, ne Christi nomen confiteri erubescat, & præcipue crucem ejus, qui Iudei est scandalum, contibus autem, stultitia,

Eucharistia. secundum Apostolum, propter quod signo Crucis signatur.

§. 12. Tercium est Eucharistie Sacramentum, cuius materia est panis triticeus, & vinum de vite, cui ante consecrationem aqua modicissima admissi scri debet. Aqua autem ideo admisceatur quoniam iuxta testimonia Sanctorum Patrum, & Doctorum Ecclesiae pridem in disputatione exhibita, creditur ipsum Dominum in vino aqua permixtum hoc instituisse Sacramentum, deinde quia hoc convenit Dominicæ passionis representationem. Inquit enim beatus Alexander Papa Quintus à Petro: In sacramentorum oblationibus, quæ intra Missam solemnia Domino offeruntur panis tantum, & vinum aqua permixtum, in sacrificium offerantur. Non enim debet in calicem Domini, aut vinum solum, an aqua sola offerri, sed utrumque permixtum, quia utrumque, id est sanguis & aqua ex latere Christi profluxisse legitur. Tum etiam quod convenit ad significandum hujus Sacramenti effectum, qui est unio populi Christiani ad Christum. Aqua enim populum significat, secundum illud Apocalypse: Aquæ multæ populi multi. Et Julius Papa secundus, post beatum Sylvesterum, ait: Calix Dominicus iuxta canonicum preceptum, vino, & aqua permixtum debet offerri, quia videmus in aqua populum intelligi, in vino vero ostendit sanguinem Christi. Ergo cum in calice vinum & aqua misetur, Christo populus adunatur, & fidelium plebs ei in quem credit, copulatur, & jungitur. Cum ergo tan Santa Romana Ecclesia, à beatissimis Apostolis Petro & Paulo redacta, quam reliquæ omnes Latinorum, Græcorumque Ecclesiae, in quibus omnis sanctitatis, & doctrinae lumen clarerunt, ab initio nascientis Ecclesie sic servaverint, & modo servent, inconveniens admodum videtur ut alia quævis regio ab hac universalis, & rationabilis discrepet observantia. Decernimus igitur, ut etiam ipsi Armeni se cum universo Orbe Christiano conformem, eorumque Sacerdotes in calicis oblatione paululum aquæ (prout dictum est) admisceant vino. Forma hujus Sacramenti sunt verba Salvatoris, quibus hoc conficit Sacramentum. Sacerdos enim in persona Christi loquens, hoc conficit Sacramentum. Nam ipsorum verborum virtute, substantia panis in corpus Christi, & substantia vini in sanguinem convertuntur, ita tamen quod totus Christus continetur sub specie panis, & totus sub specie vini, sub qualibet quoque parte hostiæ consecrata, & vini consecrati, separatione facta, totus est Christus. Hujus Sacramenti effectus, quem in anima operatur dignæ fumentis, est adunatio hominis ad Christum. Et quia per gratiam homo Christus incorporatur, & membris ejus unitur, consequens est, quod per hoc Sacramentum in sumentibus dignæ gratia augetur, omnemque effectum, quem materialis cibus, & potus, quoad vitam agunt corporalem, sustentando, augendo, reparando, & delectando. Sacramentum hoc quoad vitam operatur spirituali, in quo ut inquit Urbanus Papa, gratiam Salvatoris nostri recentemus memoriam, à malo retrahimur, confortamur in bono, & ad virtutum, & gratiarum proficuum incrementum.

§. 13. Quartum Sacramentum est Pœnitentia, cuius quasi materia sunt actus pœnitentis, qui in tres distinguuntur partes. Quarum prima est cordis contritio, ad quam pertinet, ut doleat de peccato commissio cum propenso non peccandi de cætero. Secunda est oris confessio, ad quam pertinet, ut peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, suo Sacerdoti confiteatur integrâliter. Tertia est satisfactio pro peccatis secundum arbitrium Sacerdotis, quæ quidem præcipue fit per orationem, jejunium, & eleemosynam. Forma hujus Sacramenti sunt verba absolutionis, quæ Sacerdos profert, cum dicat: Ego te absolvô, &c. Minister hujus Sacramenti est Sacerdos, habens auctoritatem absolvendi, vel ordinariam, vel ex commissione Superioris. Effectus hujus Sacramenti est absolutio à peccatis.

§. 14. Quintum Sacramentum est, extrema Unctio, cuius materia est, oleum olivæ per Episcopum benedictum. Hoc Sacramentum nisi infirmo, de cuius morte timetur, dari non debet, qui in his locis ungendus est: in oculis propter visum, in auribus propter auditum, in naribus propter odoratum, in ore propter gustum, vel loquitionem, in manibus propter tactum, in pedibus propter gressum, in renibus propter delectationem. ibidem vigentem. Forma hujus Sacramenti est haec: Per istamunctionem, & suam plenam misericordiam indulgetur Domini quicquid per visum, &c. Et similiter in aliis membris. Minister hujus Sacramenti est Sacerdos. Effectus vero est mentis sanatio, & in quantum autem expedit ipius etiam corporis. De hoc Sacramento inquit beatus Jacobus Apostolus: Infirmatur quis in vobis inducat Presbyteros Ecclesie, ut orem super eum, unctiones eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus, & si in peccatis sit dimittentur ei.

§. 15. Sextum Sacramentum est Ordinis, cuius materia est illud, per cuius traditionem conferitur Ordo, & cui Presbyteratus traditur per calicis cum vino, & patenæ cum pane porrectiōnem. Diaconatus vero per libri Evangeliorum dationem. Subdiaconatus vero per calicis vacui cum patena vacua superposita traditionem: & similiter de aliis per rerum ad ministeria sua pertinentium assignationem. Forma Sacerdotii talis est: Accipe potestam offerendi sacrificium in Ecclesia pro vivis, & mortuis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Et sic de aliorum ordinum formis, prout in Pontificali Romano late continentur. Ordinarius Minister hujus Sacramenti, est Episcopus, effectus augmentum gratia ut quis sit idoneus Minister.

§. 16. Septimum est Sacramentum Matrimonii, quod est signum conjunctionis Christi, & Ecclesiae, secundum Apostolum dicentem: Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia. Causa efficiens Matrimonii, regulariter est mutuus consensus, per verba de praesenti expressus. Affixus autem triplex bonus Matrimonii. Primum est proles suscipienda, & educanda ad cultum Dei. Secundum est fides, quam unus conjugum alteri servare debet. Tertium individualitas Matrimonii propter hoc quod significat indivisibiliter conjunctionem Christi, & Ecclesiae. Quamvis autem ex causa fornicationis licet tori separationem facere, non tamen aliud matrimonium contrahere fas est, cum Matrimonii vinculum legitime contracti perpetuum sit.

§. 17. Sexto compendiosam illam fidei regulam, per beatissimum Athos in editam ipsis præbenus oratoribus, cuius tenor talis est: Quicumque vult salvus esse, &c.

§. 18. Scptimo, decretum unionis cum Græcis consummata pridem in hoc sacro cœcumenico Florentino Concilio promulgatum, cuius tenor talis est: Eugenius, &c. Lætentur Cœli, &c.

§. 19. Octavo cum inter alia sit etiam cum ipsis Armeniis disputatum, quibus digibus festivitates Annuntiationis B. Mariae Virginis, Nativitatis B. Joannis Baptiste, & consequenter Nativitatis & Circumcisionis Domini nostri Iesu Christi, ac Præsentationis ejusdem in templo, seu Purificationis beatæ Virginis Marie celebrari debeant, satisque dilucide veritas patefacta fuerit, tam Sanctorum Patrum testimonii, quam consuetudine Ecclesie Romanae, & omnium aliarum universaliter apud Latinos, & Græcos: ne igitur in tantis celebritatibus dispar sit Christianorum titus, unde perturbandas charitatis occasio possit oriiri, decernimus, tanquam veritati, & rationi consentaneum, & iuxta torius reliqui Orbis observantiam, ut ipsi etiam Armeni festum Annuntiationis B. Mariae die 25. Martii, Nativitatis B. Joannis Baptiste 24. Junii, Nativitatis vero secundum carnem Salvatoris noctis 25. Decembris; Circumcisionis ejusdem 1. Janvar. Epiphaniae 6. ejusdem Janvarii, Præsentationis Domini in templo, seu Purificationis Dei Genitricis 2. Februarii debeant solemniter celebrare.

§. 20. His omnibus explicatis, predicti Armenorum Oratores nomine suo, & sui Patriarchæ, & omnium Armenorum, hoc saluberrimum Synodale decretum cum omnibus suis capitulis, declarationibus, definitionibus, traditionibus, præceptis & statutis, omnemque doctrinam in ipsa descriptam, necnon quicquid tenet, & docet Sancta Sedes Apostolica, & Romana Ecclesia, cum omni devotione & obedientia acceptant, suscipiant & amplectentur.

EUGENIUS QUARTUS.

359

Dicuntur. Illos quoque Doctores & Sanctos Patres, quos Ecclesia Romana approbat, ipsi reverenter suscipiunt. Quaecunque verae personas, & quicquid ipsa Romana Ecclesia damnat & reprobatur, ipsi pro reprobatis, & damnatis habent. Profidentes tanquam verae obedientiae filii, nomine quo supra ipsius Sedis Apostolicæ ordinationibus, & iussionibus fideleriter obtemperare.

Dat. Florentie in publica sessione Synodali, solemniter in Ecclesia majori celebrata, anno Domini 1439, decimo Kal. Desembbris, Pontificatus nostri Anno ix.

- x.** Communicantes in hebdomada Sancta, vel infra octavam Paschæ Resurrectionis D. N. IESU CHRISTI, satisfaciunt precepto Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

Hoc preceptum legitur in cap. omnius de penitentia. & in can. 9. sef. 13. Concil. Trident.

E V G E N I V S P A P A I V .
Dilecto filio Iacobo de Primaticio de Bononia, Ordinis Minorum de observantia regulari.

Fide digna relatione percepimus in civitate Licii, non parvam per hæc tempora excitatam fuisse commotionem, di die debite perceptionis sacramentissimi corporis Domini nostri IESU CHRISTI, & per aliquos religiosos esse affirmatum, quod non communicantes actualiter in die Resurrectionis Dominicæ, mortaliter peccarent, etiam in die Jovis Sancti, & aliis quibuscumque diebus infra annum plures & frequentatius vicibus, comunicassent, quod piis auribus est audire molestum.

S. 1. Recolimus alias per quoddam nostrum breve scriptissime venerabili fratri nostro Episcopo Licensi, quod intelligebamus satisfactum esse, si paulò post diem Resurrectionis Domini quis communiceat, & mirati sumus, quod postmodum nova controversia revixerit, sed iniunimus homo superseminavit zizania.

S. 2. Nos igitur cupientes, purgatum triticum in horre Domini congregare, & inutilibus contentiobus finem dare, attendentes juxta doctrinam beati Augustini, quod solent circumstantæ scripturarum illuminare substantia veritatis, & non solum adjacentia, sed etiam precedentia, & subsequentia verba sunt consideranda prudenter, cum dicat canon Ecclesiæ, Omnis utriusque sexus fidelis saltem semel in anno confiteatur, & infra, suscipiens ad iniunimus in Pascha reverenter Eucharistie sacramentum, & sequitur, nisi de propria sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab ejus perceptione duxerit abstinentiam, dicimus expresse non intentionis legislatoris fuisse animas illaqueare fiducium sub culpa mortali ad communicandum præcisè in die Resurrectionis Dominicæ, sed terminum statuisse à Pascha ad Pascham, cum dicit semel in anno, & infra ad minus in Pascha, &c. Mens enim magis, quam verborum sonus est attendenda discrete. Intelligimus itaque optimo jure satisfactum esse Canonis, si in hebdomada Sancta, vel infra octavam Pascha Resurrectionis Dominicæ, secundum meliorum distinctionem conscientia, & aptiorem mentis devotionem, fideles præparatione debita sanctum Eucharistia pignus accipiant, & cum Domino Pascha celebrent ad salutem, & huic sententia omnes volumus acquiescere.

S. 3. Quare devotioni tuae committimus, ut praedicta, ubi oportere intelligas, populis nota facias.

Dat. Romæ apud S. Petrum, sub annulo nostro secreto, die 8. Julii 1440. Pontificatus nostri anno 10.

XI. Approbatio Congregationis Fratrum S. Hieronymi, sub denominatione S. Hieronymi de Fesulani, & sub regula S. Augustini, cum præfinitione munieris & electionis Prælatorum ipsius Congregationis.

Hi Fratres tempore Innoc. VII. regularem vitam ducentes cœperunt, ut videtur est supr. in conf. 3. Greg. XI. Sacrum, ubi alia nos av. &

Ista autem constitutio à Nicolao V. Confirmata extitit die 27. Janvarii 1447. quam tamen bullam prætermisi, uti simpliciter confirmatoriam.

E V G E N I V S E P I S C O P U S, Edita An. D. Seruus Servorum Dei: Dilectus filius universis Fratribus S. 1441.
Hieronymi Fesulani nuncupatus, presentibus & futuris: Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Super gregem Dominicum nostræ vigilante divini Propositum creditum intenti, speculatoris prout in nobis de super conceditur exercentes officium, Christi fideles praefectum regulari obseruantie deditos, eo providentia studio gubernari annuimus, ut suavi religionis jugo super possum, curiosus Ecclesiæ lectoratur in eis nil inveniat nota dignum, ipsique animarum sublati periculis, votivis congratulentur eventibus, & continuum Domino dante suscipiant incrementum.

S. 1. Sanè pro parte vestra nobis nuper exhibita petitio continebat, quod vos, qui mundanis spretis illecebribus, iuxta quasdam constitutiones S. Hieronymi sub regulari observantia haec tenus multiplicatis, & in dies multiplicatis virtutum meritis, ut eo devotius Altissimo famulari valeatis, quo vos sub aliqua ex regulis per supplicationis haic.

Sedem Apostolicam approbat degere confixeritis, sub regula S. Augustini, ad quam singularem geritis devotionis affectum vivere, illamque profiteri ferventius desideratis.

S. 2. Hinc est quod nos, qui divini cultus augmentum, ac religionis propagationem nostris potissimum temporis augeri intensis desideris affectamus, piis vestris in hac parte supplicationibus inclinati, vobis, ut prioribus vocabulo & nominatione S. Hieronymi remanentibus, Sedem Apostolicam approbat degere confixeritis, sub regula S. Augustini, ad quam singularem geritis devotionis affectum vivere, illamque profiteri ferventius desideratis.

S. 3. Et quod vos omnes & singuli unum corpus & una

Congregatio Congregatio Hieronymi Fesulani nuncupetur, sitis & cœseamini.

S. 4. Necnon quamprimum regulam S. Augustini habitum quem hucusque gestare consuevistis, gestare, &

dictam regulam S. Augustini, quoad tria substantialia dictant, videlicet obedientiam, castitatem, & in particula-

ri paupertatem profiteri, ac sub illa vivere, necnon loca, domus, five oratoria ad vos spectantia, in domos live

Prioratus dictæ regulæ S. Augustini, cum Ecclesiis, co-

meteris, campanilibus, campanis, hortis, hortalitis, &

aliis necessariis officiis erigere possitis.

S. 5. Ac in hujusmodi Capitulis unum in vestrum ge-

neralem Præpositum Priorem & Patrem.

S. 6. Necnon ad regimen & gubernationem singula-

rum domorum, seu prioratu hujusmodi hujusmodi Rectorum eligere, & deputare. Qui sic pro tempore electi & de-

putati, absque aliquibus delupereis facienda confirmationis, collationis, seu provisionis, Apostolicæ seu ordinariæ

Fratres, domos, ac Prioratus sibi commissos in spirituali-

bus, & temporalibus regere, & illis præsse valcent.

S. 7. Quodque tam Præpositi quam Rectorum (qui

nihilominus si utiles, & vobis grati fuerint, & accepti,

pro anno sequenti, & quoties vobis placuerit ad propria

regimina, & gubernationes reeligiri, & deputari possint)

officia in singulis primordiis singulorum Capitulorum

hujusmodi omnino cessare, & expirare censeantur.

S. 8. Præterea in eisdem Capitulis substantialia prædi-

cata nullatenus immutando, quæcumque, quotcumque, &

qualiacumque statuta, & ordinaciones inter vos edere &

condere, seu facere, ac eorum singula in toto, vel in parte

quoties vobis opportunum videbitur, corrigere, immu-

nare, addere, illaque omnia & singula per censuras Ec-

clesiasticas, & alia juris remedias, tantum juris apicibus

&

*Et super eis
Propositum &
Rectoris dif-
fusare posse
accedit.*

*Praesque
vagantes ad
clausura redi-
cere, & pu-
nire.*

*Permissus Or-
dinis pravis
confessione ab-
solvere & illis
eis dispensare.
Ad hanc artic-
ulacionem i. 15.
Clem. VIII.
Quacunque.*

*Sacramenta
ministrare.
Profissorem
in manibus
Propositi, &
reprobatur E-
piscopi omni-
tus docentes.*

6.9. Necnon super ipsis Propositi, seu Prior, cum quibuscumque Rectora vero predicit cum in dominibus, seu Prioratibus sibi commissis degentibus fratribus, in toto vel in parte, prout eis videbitur, dispensare.

6.10. Ac Propositus, vel Prior omnes & singulos, Re-

dores vero predicti in sibi commissis dominibus, seu Prior-

atibus commorantes fratres, regulam ipsam professos,

vagos, & fugitivos, seu alios delinquentes quod ad Clau-

strum rediit, & se emendant, per censuras hujusmodi, &

alias penas invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio

brachii secularium cogere, capere, & incarcerare.

6.11. Novitios quoque professos, & Conversos, dicitur

regula in ipsum dominibus, seu Prioratibus illis ser-

vientes, etiam secularis quilibet presentes, & poste-

ros, quoties eis opportunitum fuerit, ipsum confessioni-

bus diligenter auditus, pro commissis per eos in omni-

bus, praeterquam Sedi Apostolica referatis casibus, de-

bitam absolutionem impendere, & injungere peniten-

tiam salutarem.

6.12. Necnon Ecclesiastica Sacra menta ministrare va-

lent perpetuo.

6.13. Et insuper quod dilectus filius Jacobus vestrae

Societatis Propositus, in venerabilis fratris nostri Anto-

nii Episcopi Hostiensis, ac subsequenter postquam ipse

Jacobus illam emiserit, vos fratres nunc existentes in ip-

suis Jacobi manibus professionem hujusmodi emittere

valeatis, & Episcopo, si dictus Jacobus, necnon Jacobo

predicto, si vos etiam emittere volueritis, quod profes-

sionem hujusmodi auctoritate recipere, & admittere

possim liberè, & licet auctoritate Apostolica, tenore

presentium de speciali gratia concedimus pariter, & in-

dulgemus; Venerabilis fratris nostri Episcopi Fesulan-

eatorumque Ordinariorum, necnon Parochialium Ec-

clesiarum, ac quotumlibet aliorum juribus in omnibus

semper falsis.

6.14. Non obstantibus constitutionibus, & ordinatio-

nibus Apostolicis, necnon Ordinis S. Augustini juramen-

to, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia

toboratis statutis & consuetudinibus, ceterisque contra-

riis quibuscumque. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c.

Dat. Florentiae, Anno Incarnationis Dominicæ 1441.

Septimo. Kal. Augusti, Pontificatus nostri Anno 11.

XXII. Fratres S. Ambrosii sub una Congregatione re-

diguntur, ejusque caput Monasterium S. Am-

brosi ad Nemus Mediolanensis constituitur,

munus Prælatorum præfinitur, & privile-

gia conceduntur.

De his fratribus plenè scripti supra in confit. 9. Greg.

X I. Capitentibus.

Edita An. D. E V G E N I V S E P I S C O P V S,

Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Præmission.

*R*egimini universalis Ecclesie, quamquam immitterit

disponente Domino præsidentes, curis perurgemur

affiduis, ut juxta creditas nobis dispensationis officium,

circa subditorum quadruplicem, præsentim sub regulari

observantia studio vacantiis pigris vitæ, in quorum uti-

que prosperitate reficiuntur, statum salubriter, & prospere

dirigendum sollicitudinis studio intendamus, & iis que

ad laudem, & gloriam divini nominis, sacrifice cultus

augmentum, ac religionis propagationem illis profutus

cognoscimus, operem, & operam quantum cum Deo pos-

sumus impedimus efficaces, ut per nostræ operationis

ministerium, & Apostolici favoris presidium, personæ

hujusmodi, cotimque Monasteria, & loca, singulis ab eis

sublatis dispensatis, prosperis gratulentur eventibus, ac

in spirituâlibus, & temporalibus felicia suscipiant in-

cremena.

6.1. Sanè pro parte dilectorum filiorum; Prioris, &

Fratrum Monasterii S. Ambrosii ad Nemus extra muros

Mediolanenses, sub regula S. Augustini degentium, nobis

super exhibita petitio continet, quod ipsis, & aliis Prio-

res, & Fratres suorum aliorum Monasteriorum, domo-

rum, & locorum, qui sub regulari observantia dictæ re-

gule viventes, variis, & diversis haecenus multiplicave-

run (prout in dies multiplicant) virtutum meritis, ac

plures Ecclesias, Monasteria, domus, atque loca in diver-

suis Italie partibus cœlestis auctoritate assecuti fuerunt, sub cha-

ritatis & ipsius observantie unione virtutum Domino

perpetua famulari serventis desiderant.

6.2. Nos igitur qui divini cultus augmentum, & Reli-

gionis propagationem ubique locorum, nostris potissimum

temporibus augeri intensis desiderans affectamus, direc-

tiones, statui, & conservationi Fratrum hujusmodi pro-

videre volentes, ac sperantes quod ex eorum vita lauda-

bili, & fructuosis operibus, predicta, necnon alia eis for-

san de cætero concedenda Monasteria, domus atque loca

in spiritualibus, & temporalibus prosperos, & felices suc-

cessus dante Domino consequentur, ut ipsi Fratres co

seruentis, & devotis divinis benedictis se coaptent, quo

se per nos, & Sedem Apostolicam specialibus gratiis mu-

nitos fore conspicerint, corundem Prioris, & Fratrum in

hac parte supplicationibus inclinati, quod ipsis ac omnibus,

& singulis in Monasteriis, dominibus, ac locis predictis pro

tempore commorantes Fratres, unum corpus, & una

Congregatio, quod sive quæ Congregatio Fratrum S.

Ambrosii ad Nemus Mediolanensis nuncupetur, & eorum

quilibet Frater illius Monasterii domus, seu loci in quo,

vel quæ ipsum de sui Superioris voluntate pro tempore

residere contigerit, sint, & esse censeantur.

6.3. Necnon dicto Monasterio S. Ambrosii pro primo

ejusdem religionis, prout haecenus habitum, & reputa-

tum fuit, remanente, illud, ac alia predicta, & quæ Fratres

hujusmodi pro tempore assequi contigerit Monasteria,

domus, atque loca Fratrum Congregationis predicatorum

in unitate charitatis, & dicta observantia degentium sint

& ad illos in perpetuum pertineant.

6.4. Quodque Fratres predati in dicto Monasterio S.

Ambrosii, hac prima vice, & successivè singulis trienniis

singula generalia Capitula, ad quæ Rector, & Visitato-

res, ac cum singulis ex Fratribus Monasteriorum, domo-

rum, & locorum predicatorum ad id per singulos eorum

Monasteriorum, domorum, & locorum Conventus

eligendis, singuli Monasteriorum, domorum, & locorum

hujusmodi Priori accessere, quibusque personaliter in-

terressit adstricti sint, in locis & terminis ad id per annum

primo, & successivè per singula Capitula predicta sta-

tuendis, & ordinandis celebrare teneantur.

6.5. Et in hujusmodi Capitulis substantialia dictæ re-

gule non mutando, quæcumque, quotcumque, & qua-

liacumque statuta, & ordinationes, dum tamen justa, &

rationabilia, ac sacris Canonibus nullatenus discrepan-

tia, super quibus legitima & rationabili causa subsistente,

Rektor, & Visitatores hujusmodi cum dictis Fratri-

bus usque ad futurum Capitulum dispensare possint, &

inter eos condere seu facere, illaque, necnon eorum sin-

gula in toto, vel in parte quoties eis opportunum visum

fuerit corrigerare, mutare, castare, & illis addere, necnon ea

per censuras Ecclesiasticas, & alia juris remedias, per Fra-

tres ipsos observari facere.

6.6. Ac in eisdem Capitulis, unum etiam Priorem ex

Monasteriis S. Ambrosii, vel ex aliorum Monasteriorum

electio, & Visitatores hujusmodi Prioribus, seu Fratri-

bus predictis in eorum omnium Rektorem, & patrem;

Ac duos Visitatores; Necnon ad S. Ambrosii quod per

amotorum vsque ad subsequens Capitulum subrogare bo ad verbum presentibus habenda foter mentio spe-
valeant, quique alias in visitando, & in premisis ac cir-
ca necessariis, illam jurisdictionem seu potestatem ha-
beant, quae sibi per hujusmodi Capitula conceditur. Ac
prioris sic electi predicti, absque desuper eis per ipsu
Archiepiscopū seu quemvis alium Apostolica seu Or-
dinaria, vel alia quacumque auctoritate facienda confir-
matione, collatione, seu provisione Fratres, & Monas-
teria, domus atque loca sibi commissi hujusmodi in spiri-
tualibus, & temporalibus regere, ac gubernare, illisque
præfæ libet, & licet. Rector quoque, Visitatores, &
Priors predicti, quorum officia in singulis primordiis
singulorum Capitulorum hujusmodi, eo ipso, etiam si illa
non resignaverint, vacate decernimus, si utiles & Fratri-
bus ipsi grati fuerint & accepti, pro annis sequentibus,
ac quoties ipsi Fratribus vatum fuerit, seu placuerit,
ad priora officia reeligiri, & deputari possint. Quodque si
forsitan infra triennium hujusmodi Rectorem, tunc Visi-
tatores ipsius Rectoris vices gerant, si vnum ex Visita-
toribus, tunc Rector cum alio Visitatore, si vero aliquis
ex Prioribus predictis decedere, vel alias quovis modo
ipsum officia vacante contigerit, tunc Rector, & Visita-
tores predicti alias ex Fratribus hujusmodi vsque ad fu-
turum Capitulum subrogare.

§. 8. Præterea quod Rector, ac omnes, & singuli
Priors predicti, necnon Fratres, quos idem Rector ad
hoc duxerit deputandos, omnibus, & singulis religiosis
suis professis, Conversis, Novitiis, & ad eorum servitias
in eorundem Monasteriis, domibus, seu locis etiam se-
cularibus perpetuo dedicatis, presentibus, & posteris, in
quibuscumque, in referunt semel tantum, in non reser-
vatis vero Sedi predictæ casibus, quoties illis opportu-
num fuerit, ipsum confessionibus diligenter auditis,
pro compassis per eos debitam absolutionem impende-
re, & infligere penitentiam salutarem.

§. 9. Ac Eucharistiam, & alia Ecclesiastica sacra-
menta ministrare.

§. 10. Professos quoque, & Novitios hujusmodi qui
postmodum regulam ipsam profecti fuerint in quibus-
cumque etiam Sedi predictæ specialiter reservatis casi-
bus à quibuscumque excommunicationis, suspensionis,
& interdicti sententiis, aliisque censuris, & penitentia
jure vel ab homine promulgatis, alias tamen in forma
Ecclesie semel dumtaxat absoluere, & cum eisdem Pro-
fessis, ac Novitiis super irregularitate, si quædictis sen-
tentias, & censuris, vel earum aliqua ligati, Missas & alia
divina officia celebrando, aut se illis immiscendo, vel
alios quomodolibet (homicidii, mutilationis membro-
rum, & bigamiae casibus dñntata exceptis) semel fini-
liter; super irregularitate vero, quam ex predictis sen-
tentias vel censuris seu earum aliqua per ignorantiam,
vel inaduentientiam, seu negligentiam, & non ex contem-
ptu, pro tempore contraxerint, quoties opus fuerit dis-
pensare valeant.

§. 11. Et insuper Rector, ac Visitatores omnes, &
singuli, Priors vero predicti in sibi commissi Monasteriis,
domibus, seu locis degentes Fratres professos dictæ
Congregationis vagos, & fugitivos, seu alias delinquē-
tes, quod ad Claustrum redeant, vel alias se emendent,
per excommunicationis sententiam, ac alias censuras &
penas, de quibus sibi videbitur (invocato etiam ad hoc
si opus fuerit auxilio brachii secularis) cogere, capere,
incarcerare, & etiam punire.

§. 12. Quodque Fratres ipsi quæcumque bona mo-
bilis, & immobilia, Monasteria, Ecclesiæ, domos, & loca,
si alias eis legitime donentur, vel concedantur, in poste-
rum recipere, & assequi, illaque pro suis vnu & habita-
tione sub institutis regularibus dictæ Congregationis,
& observantia hujusmodi possidere similiter libere &
licitè.

§. 13. Et quod nullus ex Fratribus professis predi-
ctis, vel aliquem alium Ordinem, seu Regulam etiam ar-
chiorem, quodcumque, & quæcumque privilegium, seu
indultum super libere recipiendis Fratribus alterius Or-
dinis, vel Regulae, ipsi etiam archiori Ordini, seu Regulae
a Sede predicta, vel alias quomodocumque concessum
sit, etiam si de privilegio seu indulto hujusmodi de ver-

cialis, absque Capitulo generali hujusmodi, aut de
privilegio, seu indulto presenti, & illius causa, necnon
tunc ipsorum Fratrum existentis Rectoris nomine ex-
pressam mentione faciente, licentia speciali sub excom-
municationis pena, quam absque licentia predicta
transiens aut vagans eo ipso incurrit, transire, aut
vagari.

§. 14. Præterea omnes & singuli Priors predi-
cti de licentia Rectoris, & Visitatorum, hujusmodi,
quoscumque in sibi commissi Monasteriis, domi-
bus, seu locis commorantes Fratres, ad omnes etiam
sanctos Ordines, alias tamen rite statutis à jure tempo-
ribus, per quemvis Catholicum Antistitem, gratiam
& communionem predictæ Sedis habentem, Diœcesa-
norum locorum, & cuiusvis alterius licentia super hoc
minime requisita, libere & licet promoveri facere pos-
sunt.

§. 15. Necnon Fratres predicti eorum Monasteriis,
Ecclesiæ, domibus, siue locis divinum officium Ambro-
sianum, prout alias consueverunt, nisi Fratribus aliquius
ex Monasteriis, domibus, siue locis predictis, de dicendo
aliud officium à Sede predicta indultum existat, dicere,
legere, seu cantare teneantur.

§. 16. Quod Sancti Ambrosii, & omnia alia &c. sin-
gula Monasteria, domus, seu loca, & Fratres hujusmodi
omnibus & singulis privilegiis, immunitatibus, exem-
ptionibus, libertatibus, indulgentiis, gratiis, & indultis,
quibuscumque ex Monasteriis predictis in genere per
nos, vel Sedem predictam concessis, aut forsitan in poste-
rum concedendis, vt & gaudere valeant, auctoritate
Apostolica tenore presentium perpetuo statutis, de-
cernimus, & ordinamus, ac Fratribus presentibus &
futuris hujusmodi, quandiu sub dicta observantia vixe-
rint, concedimus pariter, & indulgemus, predicti Archi-
episcopi, ceterorumque Ordinariorum locorum, necnon
Parochialium Ecclesiaturum, & quorumlibet aliorum ju-
ribus alias in omnibus semper salvis.

§. 17. Non obstantibus constitutionibus, & ordina-
tionibus, ac literis, & privilegiis Apostolicis, etiam
si de illis, quorum omnium tenores predictibus haberi
volumus pro expressis, specialis & expressa, ac de verbo
ad verbum mentio habenda sit, necnon regulæ Monasteri-
orum, domorum, & locorum predicatorum, juramento,
constitutione Apostolica, vel quavis firmitate alia ro-
boratis statutis, & conluctudinibus, ceterisque contra-
riis quibuscumque.

§. 18. Nulli ergo omnino hominum licet hanc pa-
ginam nostræ voluntatis, concessionis, & constitutionis
infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem
hoc attentare presumperit, indignationem Omnipot-
tentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum
ejus se noverit incursum.

Dat Florentiæ, Anno Incarnationis Dominicæ 1441. Dat. P. A. 11.
Quarto Nonas Octobris, Pontificatus nostri Anno 11. die 4. Octob.

Concordia Iacobitarum in Ægypto, cum S. R. XXIII.
Ecclesia, & explicatio nonnullorum Catho-
cam Fidem concernentium.

Similem unionem Graecorum habes sup. in conf. 17.
Latentur. Et aliam Armenorum perlege supra
in conf. 19. Exultate.

E V G E N I V S . E P I S C O P V S , Edita An. D.
1441.
Servus Servorum Dei : Ad perpetuam rei memoriam.

C Antate Domino quoniam magnifice fecit, annun-
ciate hæc in universa terra: exulta & lauda habita-
tio Sion, quoniam magnis in medio tui sanctus Israël.
Cantare profecto, & exultare in Domino decet Eccle-
siam Dei pro hac grandi magnificetia, & gloria nominis
sui, quam hodierna die clementissimus Deus operati di-
gnatus est. Toto siquidem corde laudare, & benedicere
Saluatorem nostrum, nos conuenit, qui sanctam

H h Ecclesiam

Bullar. Mag. Tom. I.

Priorum fa-
cultas promo-
verificandi
Fratres ad
sanctos Ordines
et quacumque
Antistites.
In usanda
Concil. Trid.
siff. 7. c. 11.

Fratres reci-
tente officium
Ambrosia-
num.

Cooperatione
privile-
giorum cu-
juscunque lo-
ci hujus Or-
dinu.

Derogatio
criterio-
rum.

Sanctio par-
nalis.

Exultatio de
unione Iaco-
binorum cum
S. R. E. Mtra
union. m Gra-
corum & Ar-
menorum.

Tu habes u-
niensem Gra-
corum hi sup.
in conf. 17.

*Ex amicis
Armenorum
in alia conf.
10. Eusebio-
ra.*

*Ad gratia-
rum Domini
Iesu Christi.*

*Commanda-
tio Patriar-
che Iacobino-
rum, qui d-
eum cupi-
dissimus, ad
Synodum
Florentinam
nisi Abba-
tem S. Anto-
ni apud Egyp-
tum, ut
doctrinam S.
R.E. sus-
cipiat.*

*Expositio d.
Fidei iusta
Pape facta
Abbati pra-
dicto.*

*Cura Trini-
tatem.*

Ecclesiam suam novis quotidie accumular incrementis; Quanquam agens in populum Christianum sua beneficia omni tempore multa & magna sit, que luce clarius est nos lucis immensam charitatem ostendunt; si tamen accurate inspicimus, que & quanta his diebus novissimis divina clementia facere dignata est, judicare certe poterimus hoc nostro tempore plura, ac majora, quam à multis retroactis temporibus lux charitatis munera extitisse. Ecce enim nondum exacto triennio in hac sancta oecumenica Synodo saluberrimam trium magnorum nationum unionem, Dominus noster Iesus Christus, pro sua infatigabili pietate ad communem perenneque totius Christianitatis gaudium, tam copiose efficit, unde adum est, ut totus feret Oriens, qui gloriosum Christi nomen adorat, ac non parua Septentrionalis portio post longa dissidia cum Sancta Romana Ecclesia, in eodem fidei, & charitatis vinculo jam conuererint. Primo etenim Graeci, & ii, qui subsumi quatuor Patriarchalibus Sedibus, multas gentes, nationesque, & idiomata continentibus; deinde Armeni multorum populorum gens; hodie vero Jacobi magni etiam per Egyptum populi, Sanctæ Sedi Apostolice vnitum sunt.

§.1. Et cum nihil salutari nostro Domino Iesu Christo gratius sit, quam mutua inter homines charitas, nihilque nomini suo gloriobius, atque Ecclesia utilius esse possit, quam ut Christiani, omni inter se sublato dissidio, in eadem simul fidei puritate conueniant, merito nos omnes & cantare pro gaudio, & jubilare in Domino debemus, quos ut tantam Christianæ fidei magnificientiam diebus nostris videremus, divina miseratio dignos efficit. Summa igitur cum alacritate annuntiamus magnalia haec in universa Christianorum terra, ut sicut nos gloria Dei, & exaltatione Ecclesie gaudio inenarrabiliter repleti sumus, ita & alios tanto lætitiae participes faciamus, ut omnes uno ore magnificemus, & glorificemus Deum, & suæ Majestati, prout dignum est, magnas quotidianaque gratias agamus pro tot, tantisque mirabilibus beneficiis hac estate Ecclesia suæ sanctæ collatis.

§.2. Et quoniam qui opus Dei diligenter exercet, non modò meritum ac retributionē in cœlis expectat, sed & apud homines amplam gloriam laudemque mereatur, Venerabilem fratrem nostrum Joannem Jacobinum Patriarcham, huius sanctæ unionis cupidissimum à nobis, & tota Ecclesia merito laudandum, & extollendum, ac communem omnium Christianorum favore, cum tota sua gente dignum judicamus. Is enim à nobis per nostrum oratorem, ac literas excitatus, ut ad Nos, & hanc sanctam Synodum legationem mitteret, & se ac suam gentem in eadem cum Ecclesia Romana fide uniret, dilectū filium Andream natione Egyptum Abbatem Monasterii S. Antonii apud Egyptum, in quo & habita & mortuus esse sanctus ipse Antonius perhibetur, religione, & moribus nō mediocriter institutum, ad nos, & ipsam Synodum destinavit, cui devotionis zelo accussum impositus atque commisit, ut fidei doctrinam, quam sancta Romana Ecclesia tenet, & prædicat, nomine ipsius Patriarchæ, & suorum Iacobinorum reverenter suscepit, defendit, postea per eum ad ipsum Patriarcham & Jacobinos, ut & ipsi eandem agnoscerent, ratamque haberent, & in suis regionibus predicerent.

§.3. Nos igitur, quibus voce Domini commissum est pascare oves Christi, ipsum Andream Abbatem per nonnullos hujus tam sacri Concilli insignes viros, super articulis fidei, & Sacramentis Ecclesiæ, & quibusque ad salutem spectantibus diligenter examinati fecimus, & tandem quantum visum est fore necessarium, exposita eidem Abbat S.R.E. fide Catholica, & per ipsum humiliter acceptata, hanc quæ sequitur veram necessariamque doctrinam, hodie in hac solenni sessione, sacro approbante tecumeno Concilio Florentino, in nomine Domini tradidimus.

§.4. In primis igitur Sacra Romana Ecclesia, Domini & Salvatoris nostri voce fundata, firmiter credit, profiteretur, & prædicat Vnum verum Deum, omnipotentem, incomparabilem, & æternum. Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, vnum in essentia, trinum

in personis. Patrem ingenitum, Filium ex Patre genitum, Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedentem. Partem non esse Filium aut Spiritum sanctum, Filium non esse Patrem aut Spiritum sanctum: Spiritum sanctum non esse Patrem aut Filium; sed Pater tantum Pater est, & Filius tantum Filius est; & Spiritus sanctus tantum Spiritus sanctus est. Solus Pater de substantia sua genuit Filium; Solus Filius de solo Patre est genitus; Solis Spiritus sanctus simul de Patre procedit, & Filio. Et tres personæ sunt unus Deus, & non tres Dii, quia trium est una substantia, una essentia, una natura, una divinitas, una impenititas, una æternitas, omniaque sunt vnum, vbi non obviat relationis oppositio. Propter hanc unitatem Pater est totus in Filio, totus in Spiritu sancto; Filius totus est in Patre, totus in Spiritu sancto; Spiritus sanctus totus est in Patre, totus in Filio. Nullus alius, aut præcedens æternitate, aut excedit magnitudine, aut superat potestate. Æternum, quippe, & sine initio est, quod Filius de Patre extitit; ac æternum, ac sine initio est, quod Spiritus sanctus de Patre Filioque procedit. Pater quicquid est, aut habet, non habet ab alio, sed ex se, & est principium sine principio. Filius quicquid est, aut habet, habet à Patre, & est principium de principio. Spiritus sanctus quicquid est, aut habet, habet à Patre simul & Filio. Sed Pater & Filius non duo principia. Spiritus sancti, sed vnum principium, sicut Pater, & Filius, & Spiritus sanctus non tria principia creature, sed vnum principium.

§.5. Quoscumque ergo aduersa & contraria sentientes damnat, reprobat, & anathematizat, & à Christi corpore, quod est Ecclesia, alienos esse denuntiat. Hinc damnat Sabellium personas confundentem, & ipsarum distinctionem realem penitus auferentem. Damnat Arrianos, Eunomianos, Macedonianos, solum Patrem Deum verum esse dicentes, Filium autem, & Spiritum sanctum in creaturarum ordine collocantes. Damnat & quoscumque alias, gradus seu inæqualitatem in Trinitate facientes.

§.6. Firmissime credit, profitetur, & prædicat, vnum verum Deum, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum esse omnium, visibilium & invisibilium creatorē, qui quando voluit, bonitatem sua universas tam spirituales, quam corporales condidit creature, bonas quidem, quia à summo bono facte sunt, sed mutabiles, quia de nihilo facta sunt: nullamque malum asserit esse naturam, quia omnis natura, in quantum natura est, bona est. Vnum atque eundem Deum veteris & noui Testamenti, hoc est legis & Prophetarum atque Euangelii profitetur auctorem, quoniam eodem Spiritu sancto inspirante, utriusque testamenti Sancti locuti sunt, quorum libros suscepit, & veneratur, qui titulis sequentibus continentur. Quinque Moysis, id est, Genesi, Exodo, Leuitico, Numeris, Deuteronomio, Iosue, Iudicum, Ruth; Quatuor Regum; Duobus Paralipomenon; Esdra, Nhemeria, Tobia, Judith, Fletcher, Job, Psalmis David, Parabolis, Ecclesiaste, Canticus Canticorum, Sapientia, Ecclesiastico, Isaia, Jeremia, Baruch, Ezechiele, Daniele: Duodecim Prophetis minoribus, id est, Ossea, Ioële, Amos, Abdia, Jona, Michea, Nahum, Habacuc, Sophonia, Aggeus, Zephania, Malachia; Duobus Machabæorum, Quatuor Euangeliis, Matthæi, Marci, Lucae, Joannis: Quatuordecim Epistolis Pauli ad Romanos; Duabus ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippienses; Duabus ad Thessalonicenses, ad Colossenses; Duabus ad Timotheum, ad Titum, ad Philemon, ad Hebreos; Petri duabus; Tribus Joannis; Vna Jacobi; Vna Iude; Actibus Apostolorum, & Apocalypsi Joannis.

§.7. Propterea Manichæorum anathematizat infiam, qui duo prima principia posuerunt, vnum visibilem, aliud invisibilium, & alium noui Testamenti Deum, alium veteris esse Deum dixerunt.

§.8. Firmiter credit, profitetur, & prædicat, vnam ex Trinitate personam, verum Deum, Dei Filium, ex Patre genitum, Patri consubstantiale, & coeterum in plenitudine temporis, quam divini consilii inscrutabilis electudo dispoluit, propter salutem humani generis, veniam hominis & integrâ naturam ex immaculato vtero

MARIA

EUGENIUS, QUARTVS.

363

MARIA Virginis assumpsisse, & sibi in unitatem personæ dopulasse, tanto vngate, ut quicquid ibi Dei est, non sit ab homine separatum, & quicquid est hominis, non sit à deitate divisum, sicut vnum & idem, indivisus, veraque natura in suis proprietatibus permanente, Deus, & Homo Dei Filius, & hominis filius, equalis Patri secundum divinitatem, minor patre secundum humanitatem, Immortalis, & eternus ex natura divinitatis, & similis & temporalis ex conditione, assumptus humanitatem.

§.9. Firmiter credit, profitetur, & prædicat, Dei Filium in assumpta humanitate ex virgine vere natum, vere passum, vere mortuum, & sepultum, vere ex mortuis resurrexisse, in Cœlum ascendisse, sedereque ad dexteram Patris, & venturum in fine seculorum ad vivos, mortuosque judicandos.

§.10. Anathematizat autem, execratur, & damnat omnem hæresim contraria sapientem. Et primè damnat Ebionem, Cherintum, Marcioneum, Paulum Samsofænum, Fotinum, omnesque similiter blasphemantes, qui percipere non valentes unionem personalem humanitatis ad Verbum, IESVM CHRISTVM Dominum nostrum, verum Deum esse negauerunt, ipsum purum hominem confitentes, qui diuinæ gratiæ participatione majori, quam sanctioris vita merito suscepisse, divinus homo diceretur. Anathematizat etiam Manichæum cum sectatoribus suis, qui Dei Filiu, non verū corpus, sed phantasticum sumpsisse somniantes, humanitatæ in Christo veritatem penitus sustulerunt. Necnon Valentimum asserentem, Dei Filium nihil de Virginis matre cepisse, sed corpus celeste sumpsisse, atque ita transisse per vterum Virginis, sicut per aquæ dulcem defluens aqua transcurrit. Atrium etiam, qui asserens corpus ex Virgine assumptionem anima carnis, voluit loco animæ fuisse deitatem. Apollinarem quoque qui solam posuit animam sensitivam, sed deitatem verbi, vicem rationalis animæ tenuisse voluit. Anathematizat etiam Theodorum Mopsuestenum, atque Nestorium, asserentes, humanitatem Dei Filii unitam esse per gratiam, & ob id duas esse in Christo personas, sicut duas fatentur esse naturas, cū intelligere non valerent, unionem humanitatis ad Verbum hypostaticam extitisse, & propterea negarent Verbi subsistentiam accepisse; nam secundum hanc blasphemiam, non Verbum caro factum est, sed Verbum per gratiam habitavit in carne, hoc est non Dei Filius homo factus est, sed magis Dei Filius habitavit in homine. Anathematizat etiam, execratur, & damnat Eutychem Archimandritam, qui cum intellegere juxta Nostri blasphemiam, veritatem incarnationis excludi, & propterea oportere, quod ita Dei Verbo unita esset humanitas, ut deitatis & humanitatis una esset, eademque persona, ac etiam capere non posset, stante pluralitate naturarum, unitate personæ, sicut deitatis & humanitatis, in Christo unam posuit esse personam, ita unam assertum esse naturam, volens ante unionem dualitatem fuisse naturarum, sed in unam naturam in assumptione transisse, maxima blasphemia, & impietate concedens, aut humanitatem in Deitatem, aut Deitatem in humanitatem esse conversam. Anathematizat etiam, execratur, & damnat Macharium Antiochenum, omnesque similia sapientes, qui licet vere de naturarum dualitate, & persona unitate sentiret, tamen circa Christi operationes enormiter oberravit, dicens, in Christo vtriusque naturæ unam fuisse operationem, unamque voluntatem. Hos omnes cum hæresibus suis anathematizat sacrosancta Romana Ecclesia, affirmans in Christo duas esse voluntates, duasque operationes.

§.11. Firmiter credit, profitetur, & docet, neminem unquam ex viro feminaque conceptum, à Diabolo dominatione fuisse liberatum, nisi per meritum mediotoris Dei, & hominum, JESU CHRISTI Domini nostri, qui sine peccato conceptus, natus, & mortuus, humani generis hostem peccata nostra delendo, solus sua morte prostravit, & regni coelestis introitum, quem prius homo peccato proprio cum omni successione perdidera, reserauit, quem aliquando venturum omnia veteris testamenti sacra, sacrificia, sacramenta, ceremonia, praesignarunt.

§.12. Firmiter credit, profitetur, & docet, legalia

veteris testamenti, seu Mosaïca legis, que dividuntur in ceremonias, sacra, sacrificia, sacramenta, quia significandi aliusquis fuisse gratia fuerant instituta, licet divino cultu illa state congruerent, Domino nostro IESU CHRISTO isto adueniente cessasse, & novi testamenti sacramenta ceperisse. Quemcumque etiam post passionem in legalibus spem ponentem, & illi, velut ad salutem necessarii se subdentes, quasi Christi fides sine illis salvare non posset, peccassa mortaliter. Non tamen negat, à Christi passione usque ad promulgatum Euangelium illa potuisse servari, dum tamen minime ad salutem necessaria crederentur, sed post promulgatum Euangelium sine interitu salutis æternæ, assertit non posse servari.

§.13. Omnes ergo post illud tempus, circumscionis, & sabbati, reliquorumque legalium observatores, alienos à Christi fide denuntiat, salutis æternæ minime posse esse partipes, nisi aliquando ab iis erroribus resipiscant. Omnibus igitur qui Christiano nomine gloriantur, præcipit omnino, quocumque tempore, vel ante, vel post baptismum à circumcisione cessandum, quoniam si quis in ea spem ponat, sive non, sine interitu salutis æternæ observari omnino non potest. Circa pueros vero propter periculum mortis, quod potest sepe contingere, cum ipsis non possit alio remedio subueniri, nisi per sacramentum baptismi, per quod eripiuntur a Diaboli dominatu, & in Dei Filios adoptantur, adiunctorum, non esse per quadraginta, aut octoginta dies, seu aliud tempus, iuxta quorumdam observantiam, sacrum baptis-
ma differendum, sed quamprimum commode fieri posse, debere conserri, ita tamen quod mortis imminentem periculum, mox sine illa dilatione baptizatur, etiam per laicum, vel mulierem, in forma Ecclesie, si deit Sacerdos, quemadmodum in decreto Armenorum plenius continetur.

§.14. Firmiter credit, profitetur & prædicat omnem creaturam Dei bonam, nihilque recipiendum quod cum gratiarum actione percipitur, quia juxta verbū Domini, non quod intrat in os coquinat hominem; illamque Mosaïca legis ciborum mundorum, & immundorum differentiam, ad ceremonialia assertit pertinere, quæ surgente Euangelio transferunt, & efficaciter esse decerpunt. Illam etiam Apostolorum prohibitionem, ab immunitatis simulachrotum, & sanguine, & suffocato, dicit illi temporis congruile, quo ex Iudeis atque Gentilibus, qui antea diversis ceremoniis, moribusque viuebant, una surgebat Ecclesia, ut cū Iudeis etiam Gentiles aliquid communiter observarent, & in vno Dei cultum, fidemque conveniendi præberetur occasio, & dissensionis materia tolleretur, cum Iudeis propter antiquam consuetudinem sanguis & suffocatum abominabilia viderentur, & cū immolatirii potenter arbitrari Gentiles ad idolatriam redituros, ubi autem ad usque propagata est Christiana religio, ut nullus in ea Iudeus carnalis appareat, sed omnes ad Ecclesiam transcantes, in eodem ritus Euangelii ceremoniasque convenient, credentes omnia munda mundis, illius Apostolica prohibitionis causa cessante, etiam cessavit effectus. Nullam itaque cibi naturam cōdemnandam esse denuntiat, quam societas admittit humana, nec inter animalia disterni, dum per quocumque sive virum, sive mulierem, & quocumque genere mortis intereat, quamvis pro salute corporis, pro virtutis exercitio, pro regulari, & Ecclesiastica disciplina, possint & debeant multa non negata dimitti, quia juxta Apostolum omnia licent, sed non omnia expedient.

§.15. Firmiter credit, profitetur, & prædicat, nullos intra Catholicam Ecclesiam non existentes, non solum paganos, sed nec Iudeos, aut hæreticos, atque schismatics æternæ vitæ fieri possi, participes, sed in ignem æternum ituros, qui paratus est Diabolo, & Angelis ejus, nisi ante finem vita eidem fuerint aggregati. Tantumque valere Ecclesiastici corporis unitatem, ut solum in ea manentibus ad salutem Ecclesiastica sacramenta proficiant, & jejunia, elemosynæ, ac cetera pietatis officia, & exercitia militia Christianæ præmia æterna parturiant. Neminemque quantascumque elemosynas fecerit, eti pro Christi nomine sanguinem effuderit, posse salvari, nisi in Catholicæ Ecclesiæ gremio, & unitate permanferit.

*Et legalia
veneris super
minis.*

*Damnam
concupiscentia re-
nuntiamenta
clarificatione
circum baptis-
mum pueri
ru. n.*

*De hoc bap-
tismaliter ha-
bitetur in bula
in 19. Exulta-
tis. sc. 60
rub.*

*Explicatio
videlicet
cum cibis
cibus.*

*Et futurum
corrum, qui
sunt intra
Catholicam
Ecclesiam.*

H h 2 §.16.

- Approbatio
Concilii Ni-
caei.*
- §.16. Amplectitur autem, approbat, & suscipit san-
ctam Nicenam Synodum trecentorum decem & octo
Patrum, temporibus beatissimi Sylvestri prædecessoris
nostris, & magni Constantini p[re]fissimi Princeps congrega-
tam, in qua impia heres Ariana cum suo auctore
damnata est, & definitum est, Filium Dei Patri esse con-
substantiale, & coeterum.
- Concilij Con-
stantinopoliti-
tani.*
- §.17. Amplectitur etiam, approbat, & suscipit, san-
ctam Constantinopolitanam Synodum centum quin-
quaginta Patrum, beatissimi Damasi prædecessoris no-
stris, & Theodosii senioris tempore convocatam, que
ipsum Macedonii anathematizavit errorem, qui Spiritu-
m sanctum, non Deum, sed creaturam asserbat, quod
damnant, damnat, quod approbat, approbat, & per om-
nia vult ibidem definita, illa & in violata sustinere.
- Concilij Eboraci-
fisi.*
- §.18. Amplectitur etiam, approbat, & suscipit sanctam
primam Ephesinam Synodum ducentorum Patrum, que
terta est in ordine universalium Synodorum, sub beatissimo Cœlestino prædecessore nostro, & Theodosio mi-
nore convocatam, in qua impii Nestorii est damnata
blasphemia, definitumque est Dominus nostri Iesu Christi
& B.MARIAE semper Virginem non solum Christotoc-
con, sed etiam Theotocum, hoc est, non tantum hominis,
sed Dei genitricem, ab omni Ecclesia predicandam.
- Damnatione si-
cunda Sy-
nodi Ephe-
sinae.*
- §.19. Damnata autem, anathematizat, & respuit
impian secundam Ephesinam Synodum, sub beatissimo
Leone præcessore nostro, & prefato Principe congrega-
tam, in qua Dioscorus Alexandrinus Antistes, Eutychis
hæresiarchæ defensor, & S. Flaviani Constantino-
politani Pontificis impius persequitor, execrandam il-
lam Synodum ad approbationem Eutychianæ impietatis,
arte & minis attraxit.
- Cn. Appre-
bacio Chal-
cedonensis.
Istud Concilium
approbavit
Loo. 1. in capi-
tulo 1.*
- §.20. Amplectitur etiam, approbat, & suscipit san-
ctam Chaledonensem Synodum, quartam in ordine
universalium Synodorum, sexcentorum & triginta Pa-
trum, temporibus prefati beatissimi Leonis prædecessori-
ris nostri, & Marciani Princeps celebratam, in qua hæresis
Eutychianæ cum suo auctore Eutychi, & Dioscori de-
fensore, damnata est, & definitum est, Dominum nostrum
Iesum Christum esse vere Deum, & verum hominem, & in una eademque persona, divinam humanam
que naturas integras, inviolatas, incorruptas, incipi-
tas, distinctasque mansisse, humanitate agente, quæ ho-
minis sunt, & Deitate, quæ Dei, quos damnat, damnatis habet, quos approbat, approbat.
- Conciliumque
secundi Con-
stantinopoli-
tani.*
- §.21. Amplectitur etiam, approbat, & suscipit san-
ctam quintam Synodum, secundam Constantinopolitanam
tempore beatissimi Vigilius prædecessoris nostri, &
Iustiniani principis celebratam, in qua sacri Chaledonensis
Concilii definitio de duabus naturis, & una per-
sona Christi, renovata est, multique Origenis errores,
suumque sequacum, praesertim de dæmonum, aliorumque
damnatorum penitentia, & liberatione, repro-
bati, atque damnati sunt.
- Concilij eccl[esi]ae
tertiæ Con-
stantinopoli-
tani.*
- §.22. Amplectitur etiam, approbat, & suscipit san-
ctam tertiam Constantinopolitanam Synodum centum,
& quinquaginta Patrum, quæ sexta est in ordine universalium
Synodorum, temporibus beatissimi Agathonis
prædecessoris nostri, & Constantini Quarti huius nomi-
ni Princeps congregatam, in qua Macharii Antiocheni,
& scelerum hæresis condemnata est, & definitum est,
in Domino nostro Iesu Christo duas esse perfectas,
integrasque naturas, & duas operationes, duas etiam volun-
tates, i.e. est, una eademque persona, cui virtusque
naturæ competenter actiones, Deitate agente, quæ Dei
sunt, & humanitate quæ hominis sunt.
- Ac Florenti-
ni & alior. in
Conciliorum
actuariorum:
Rom. Pont. ac
Armen. &
confirmato-
rum.*
- §.23. Amplectitur etiam, veneratur, & suscipit omnes
alias universales Synodos auctoritate Rom. Pontificis
legitime congregatas, ac celebratas, & confirmatas, &
praesertim hanc sanctam Florentinam, in qua inter alia Graecorum,
& Armenorum sanctissima unio consummata est, &
multæ circa utramque unionem saluberrima definitiones
editæ sunt, prout in decretis desuper promulgatis pleni-
lius continetur, quorum tenor in hunc modu sequitur.
*Omittitur insertio bularum, tam unionis Graecorum, quam
Armenorum, quia sunt sup. in locis cit. in rub.*
- §.24. Verum quia in supra scripto decreto Armenorum non est explicata forma verborum, quibus in confe-
ratione Corporis, & Sanguinis Domini sacrosancta Romana Ecclesia Apostolorum doctrina, & auctoritate firmata, semper uti consueverat, illam presentibus duximus inferendam. In confeeratione Corporis Domini, hac utitur forma verborum, Hoc est enim Corpus meum, Sanguinis vero, Hic est enim calix sanguinis mei, novi, & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.
- §.25. Panis verò triticus, in quo sacramentum con-
sicutur, an eo die, an ante decoctus sit, nihil omnino re-
fert, dummodo enim panis substantia maneat, nullatenus dubitandum est, quin post præfata verba confeerationis Corporis à sacerdote, cum intentione conficiendi prolatæ, mos in veru Christi corpus transubstantietur.
- §.26. Quoniam nonnullos asserit quartas nuptias tanquam condemnatas respuerit, ne peccatum ubi non est esse putetur, cum secundum Apostolum mortuo viro, mulier sit ab eius lege soluta, & nubendi cui vult in Dominio habet facultatem, nec distinguit mortuos primo, secundo, vel tertio, declaramus non solum secundas, sed tertias, & quartas, atque ultiores, si aliquod impedimentum canonicum non obstat, licite contrahi posse. Commendationes tamen dicimus, si ultius à conjugio abstinentes, in castitate permaneant, quia sicut virginitatem viduitat, ita nuptias castam viduitatem laude ac merito præferendam esse censeros.
- §.27. His omnibus explicatis, prædictus Andreas Abbas nomine dicti Patriarchæ, ac proprio, & omnium Iacobinorum, hoc saluberrimum Synodale decretum cum omnibus suis capitulis, declarationibus, definitionibus, traditionibus, præceptis, & statutis, omnemque doctrinam in ipsa descriptam, necnon quicquid teneret, & docet sancta Sedes Apostolica, & Romana Ecclesia, cum omni deuotione, & reverentia suscipit, & acceptat. Illos quoque Doctores, & sanctos Patres, quos Ecclesia Romana approbat, ipse reverenter suscipit: Quascumque verò personas, & quicquid ipsa Romana Ecclesia reprobat, & damnat, ipse pro reprobatis, & damnatis habet, profitens tanquam verus obedientia filius, nomine quo supra, Sedis Apostolicae ordinationibus, & iussionibus fideliter & semper obtemperare.
- §.28. Lecto solemniter in præsenti Synodo hoc decreto Latino sermone, mos in Arabicо, præfatus Andreas Abbas, ipsorum Iacobinorum decretum publice ibidem perlegit, atque infra scripta verba in scriptis Arabicis subiunxit, quæ incontinenti Latine recitata sunt. Beatisime Pater, Dominus Eugenii, Sanctæ Romanæ, & universalis Ecclesiæ summè potifex, vereque Christi Vicarie, ac beati Petri successor, & sanctissima universalis Florentina Synodus, totum hoc sanctu decretum cū insertis, & sanctis decretis unionis Graecorum, & Armenorum, quod nunc in vestra præsencia publice lectu est, Ego Andreas humilius Abbas S. Antonii, Orator reverendi patris domini Joannis Patriarchæ Iacobinorum, habens ipsius decreti per plures dies plenam notitiam, & instrutionem, cognosco confiteorque omnia in ipso decreto contenta diuinæ, ac Catholicae veritati consona existere. Nomine igitur prædicti domini Patriarchæ omniumque Iacobinorum, ac meo, quemadmodum vestra Sanctitas attestatur, præfatum saluberrimum Synodale decretum, cum dictis insertis decretis, omnibusque suis capitulis, declarationibus, definitionibus, traditionibus, præcep- tis, & statutis, omnemque doctrinam in ipso descriptam, necnon quicquid teneret, & docet sancta Sedes Apostolica, & Romana Ecclesia, cum omni deuotione, & reverentia suscipio, & accepto. Illos quoque Doctores, & sanctos Patres, quos Ecclesia Romana approbat, reverenter suscipio. Quascumque vero personas, & quicquid ipsa Romana Ecclesia reprobat, & damnat, pro reprobatis, & damnatis habeo, pollicens nomine quo supra, ipsum Patriarcham Iacob, nosque, & me ipsum, tanquam verę obedientia filios, vestris ac Sedis Apostolicae ordinationibus, & iussionibus fideliter, & semper obtemperatu-
- Datum Florentiae, in publica sessione Synodali, sole-
nitatem in Ecclesia Domus S. Mariae Nouelle, apud quam
nunc

EUGENIUS QUARTVS.

365.

nunc residemus, celebrata Anno Incarnationis Domini-
ce 1441, pridie Nonas Feb. Pontificis nostri Anno 14.

XIV. Exemptio Canonorum secularium Congregationis S. Georgii in Alga Venetiarum, à solu-

tione Decimarum, impositionum, & onerum quorumcumque.

Alia privilegia cuiuscumque alterius Ordinis, ei-

dem Congregationi clargita fuerunt à Pio V.

inf. const. 92. Ex incumbenti.

De institutione hujus Congregationis, & aliis eam con-

cernentibus, notavi sup. in const. Greg. XII. Illis.

A.D. E V G E N I V S E P I S C O P V S,

Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Quanquam ex debito Summi Pontificatus officii nobis ex alto commissi, circa Ecclesiarum, ac Ecclesiasticorum locorum, & personarum omnium comoda, & utilitates nos decet intentos existere, illas tamen, & easdem personas, quæ pia, & casta vita studio intendentis, mundanis abjectis illecebris in humilitatis spiritu devotum, & sedulum exhibent Altissimo famulatum, tanto propensioribus favoribus prosequimur, quanto ipsarum personarum vita laudabili atque moribus debitè compensatis conspicimus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Cùm itaque, sicut nobis innotuit, dilecti filii Canonicci de Collegio, sive Congregatione S. Georgii in Alga de Venetiis Castellanensis diocesis, à multis citra temporibus plures Ecclesias, atque loca Ecclesiastica in diversis civitatibus, terris, atque locis partium Italie consistentia, in quibus etiam pie, & caste, & in communione degentes, Missasque & alias horas canonicas, nocturnas atque diurnas diebus singulis celebrantes interim permanent, prout, & in copioso numero praesentialiter permanent in spiritualibus, & temporalibus, ad laudem, & gloriam divini nominis sacrifice cultus, & populorum deuotionis augmentum, multipliciter reformatuerint, ac propterea, necnon ex eorum multiplicatis virtutibus, plurimi fructus etiam ad salutem animarum plurium partium carundem hactenus prouenerint, & quotidie prouenant, & alias ipsi omnibus, & singulis Deo deuotis personis ad eorum Ecclesias, atque loca predicta de alienis partibus, seu locis pro tempore applicantibus, hospitio suscipere consueverunt, & ad id juxta eorum statuta specialiter intenti existant, ac ad hoc, necnon ad alia eis, & ipsorum Ecclesias, atque locis predictis, quæ unum corpus existunt pro tempore incumbentia expensarum onera Ecclesiarum, atque locorum huiusmodi vix suppetant, quandoque non sufficiant facultates.

§. 2. Nos premissa debite compensantes, ac atten-

Bullar. Mag. Tom. I.

presentibus haberi volumus pro expressis, necnō quo-
tumque colonos, & laboratores, super possessionibus, &
bonis ipsi pro tempore, commorantes, ceterosque quo-
ad hoc ipsorum Canonorum presentium, & futuro-
rum procuratores, negotiorum gestores, afficiarios, &
pensionarios, in quantum Ecclesias, domus, loca, res, em-
sus, jura, atque bona contingunt, ab omnibus, & singulis
datiis, impositionibus, subditiis, etiā charitativis, ac du-
cimis, aliisque oneribus, contributionibus, & exactioni-
bus, quibuscumque nominibus nūcupentur, per nos, vel
Sedem Apostolicam, aut Legatorum ejus, seu nostra vel
dicta Sedis auctoritate, aut per locorum Ordinatiois, seu
corum Cleros, vel eorum aliquem, seu aliquos, aut alias
quomodolibet, ex quibusvis causis, etiā legitimis, & ra-
tionabilibus, impositis, & in posterum impo-
nendis, ac ab illorum, & cuiuslibet ipsorum persolutio-
nibus, auctoritate Apostolica ex certa scientia, tenore
presentium, de specialis dono gratia perpetuū eximi-
mus & totaliter liberamus, ac proslus, & omnino libera-
& exempta perpetuū esse decernimus, & declaramus.

§. 3. Volentes etiam, ac scientia, & auctoritate pre-
dictis statuentes, & concedentes, quod nulla per nos, vel
Sedem predistam in genere, vel in specie, sub quibusvis
formis, aut verborū expressionibus, necnon decretis ir-
ritatibus, & cum quibuscumque etiam clausularum in-
dividualium, & quod illis nisi sub certa forma minime
derogetur, neque defogatum fuisse censeatur, vim & ef-
fectum habentium, ac huiusmodi formæ, siue illa servata
fuerint, siue non, prohibitoris, aut alias effectui pre-
sentium pia judicialibus clausulis, concessa hactenus, vel
in posterum concedenda, litera, privilegia, & indulcta
etiam contra exemptas personas, Ecclesias, loca, atque
bona quæcumque se extendentia, quorum omnium teno-
res, ac si de verbo ad verbum inferti forent, huiusmodi
presentibus, etiam haberi volumus pro expressis, nisi
in illis tenor corundem presentium de verbo ad verbū
insertus, ac de nominibus, & cognominibus Ecclesiarum,
& locorum predicatorum specialis, & expressa men-
tio facta fuerit, exemptioni, & liberationi, necnon decre-
to, & declarationi nostris huiusmodi aliquiliter praेju-
dicare possint, seu debeat. Quinim huiusmodi praē-
sentes literæ ac contenta in eisdem plenariam roboris
firmitatem obtineant, ac exemptio, & liberatio nostræ
predicæ plenarie, & effectuāliter obseruent perinde
in omnibus, & per omnia, ac si nunc alia literæ, privile-
gia, ac indulta predicta nullatenus emanasset, quibus ex
nunc prout ex tunc, quoad hoc specialiter derogamus,
illis alias in suo robore permanuris.

§. 4. Et nihilominus omnibus, & singulis civita-
tum, terrarum, castrorum, atque locorum quorumlibet
dominiis, dominis, communitatibus, eorumque & alii
quibusvis officiis, praesertibus, & futuris, ceterisque
personis, tam Ecclesiasticis, quæ secularibus, cuiuscum-
que gradus, status, vel conditionis existant, etiam si Pa-
triarchali, Archiepiscopali, Abbatiali, aut alia quavis
Ecclesiastica, seu mundana dignitate præfulgeant, auctor-
itate Apostolica supradicta harum serie monenus, mā-
damus pariter & inhibemus de cetero, ne vlo vnquam
tempore perse, vel alium, seu alios quovis quæsto colo-
re, direcē, vel indirecē, contra exemptionem, liberatio-
nem, decretem, declarationem, ac tenorem presentium
huiusmodi, in toto, vel in parte, venire, facere, aut ali-
quid attentare audeant, vel presumant. Alioquin in illos
ex eis, qui à die sibi de premissis factæ notitia infra tres
dies immediate sequentes, monitioni, seu inhibitioni
huiusmodi pro tempore non paruerint, ex mund provt
ex tunc excommunicationis sententiam harum serie pro-
ferimus, & promulgamus, à qua à nullo, præterquam
à Romano Pontifice, absolutionis beneficium nequeant
obtinere nisi in mortis articulo constituti.

§. 5. Non obstantibus premissis, ac constitutioni-
bus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque & cōtariis
quibuscumque. Aut si Patriarchis, Archiepiscopis, Epis-
copis, Abbatibus, Dominis, Communitatibus,
Officialibus, & personis predictis, vel quibusvis aliis cō-
muniter vel diuisim, ab eadem Sede indultum existat,
quod interdicti, suspediti, vel excommunicati non possint

Hh 3 per

per literas Apostolicas, non facientes plenaria, & expref-
fiam ac de verbo ad verbum de iudicio huiusmodi men-
tionem. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c.

X. v. Separatio Fratrum Eremitarum S. Augustini regularis Observantiae Congregationis ilicitanze, & illi virorum, à superioritate Praetitorum, non tamen Prioris generalis totius Ordinis. Ac elargitio quarundam gratiarum, & induktorum.

*Huius Prioris facultatem circa visitationem d.
Congregationis, declaravit Clem. VIII. in eius
conf. 117. Ex initio.*

Alias de toto Ordine Eremitatum scripsi in const. 6.
Alexand. IV. Licet.

*Sedes A.D. E V G E N I V S E P I S C O P V S
1443. Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.*

Regimini vniuersalis Ecclesie quanquam immeriti,
disponente Domino praesidentes, curis perurgemus
affiduis, & juxta creditae nobis dispensationis officium
circa subditorum quorumlibet, praesertim sub regulari
obseruantia studio vacantium pte vita, in quorum vbi-
que prosperitate reficimur, statum salubrem, & prospera
dirigendum sollicitudinis officio intendimus, & iis qui
ad laudem, & gloriam diuinu nominis, sacrae cultus
augmentum, necnon Religionis propagationem illius
profutura cognoscimus, opem, & operam quantum
cum Deo possumus impendimus efficaces, ut per no-
strae operationis ministerium, & Apostolici fauoris pra-
sidium personæ hujusmodi, earumque Monasteria, &
loca, singulis ab eis sublati dispensandi, prosperis gra-
tulentur euentibus, & in spiritualibus, & temporalibus
felicia conspiciant incrementa.

*Generales
Ordines ab
aliorum Pra-
lavorum ob-
dencia ex-
mormis istam
Coagr.*

§. 1. Dudum siquidem nonnulli Generales Priores Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini , Priorem , & Fratres præsentes , & futuros , domos S. Salvatoris Siluz Lacus dicti Ordinis Senensis dicet . sub regulari ob-servantia eiusdem Ordinis degentes , & cuiuslibet , ab ipso generale Prior , inferioris obedientia , jurisdictione , & correctione eximentes , illas sub protectione sua as-sumpererunt .

S. 2. Et quod dicti Fratres singulis trienniis, singula generalia Capitula in mense Maii in vna ex dominibus ipsorum ad id per eorum Vicarium generalem deputanda celebrare, ac in hujusmodi Capitulis vnum Præsidentem tunc celebrandi Capituli, cuius officium tantum triduo duret, & in cuius manibus antiquus Vicarius officium Vicariatus Fratribus S. Salvatoris resignare teneretur, & à quo ipse Vicarius ab hujusmodi officio absolvi deberet, quodcumque eundem Vicarium pro delictis per eum commissis, si puniendus foret, punire, neconon electionem noui Vicarii pro tempore canonice celebratam confirmare deberet primo.

¶ 3. Et deinde vnum ex ipsis in ipsorum omnium, & singularum domorum Societatis Fratrum corundem generali Vicarium eligere possent, quodque in Vicarium electus hujusmodi per dictum Presidentem confirmatur, & postquam confirmatus esset, omnes & singulos Fratres societatis hujusmodi easdem, ac prorsus similes jurisdictionem, & potestatem, quam in illos dictus generalis Prior habet, & exercere potest, habere, & exercere, ac quoties opus foret, omnes & singulos Priors dominorum ejusdem Societatis, Priorum ipsius domus S. Salvatoris, quem per Fratres ejusdem domus S. Salvatoris, illos videbiset, qui in Capitulo vocé habent, eligi, & ejus electionis confirmationem ad dictum Vicarium pertinenter, & quem Priorum singulis annis eligi, vel de novo confirmare voluerunt, duxerat excepto quoties opus foret instituere valeret, necnon ipse Vicarius, si eisdem fratribus S. Salvatoris videbitur, dummodo annis singulis officiū Prioratus hujusmodi signet, eligi posset.

4. 4. Nonnulla quoque alia diuersa, ~~affigitationes~~, <sup>Aliaq
dini
vidi C
etiam
sepm</sup> concessiones, dicentias gratias, & inducta concesserunt, quorum aliqua per generalia ipsius Ordinis Capitula, quedam yero auctoritate Apostolica confirmata fuerunt, Priori domus S. Salvatoris, & Fratribus Societatis huiusmodi in perpetuum successive concesserunt, prae via in Apostolicis, & diversis eorundem generalium Priorum literis dicti Ordinis sigillo munitis, de quibus nobis legitime constitit, & que inspici, & examinari fecimus diligenter, quorumque omnium tenores de verbo ad verbum presentibus pro insertis haberi volumus, plenius continetur.

§. 5. Cum autem sicut acceperimus , tam S. Salvatoris
predicti, quæ in exemptionis, assignationum, concessio-
num, licentiarum, gratiarum, & indultorum eorundem
possessione existunt, quam S. Leonardi , & S. Marie de
Monte Spechio, necnon S. Antonii supra Balneum Pe-
trioli domorum dicti Ordinis, & predictæ, ac Grossera-
neæ dicitur. Priores, & Fratres, mundanis spretis oblecta-
tionibus juxta salutaria predicti Ordinis instituta in
hujusmodi observantia exemplariter viventes, variis, &
diversis haec tenus multiplicauerint sub charitatis, &
ipsius observantie unionem virtutum Domino jugiter
famulando ad diuini nominis laudem, & singulare, &
præcipuum salutis plurimorum exemplum.

¶ 6. Nos qui injuncto nobis , licet immeritis Apostolicae servitutis officio sinceris desideramus affectibus , & per nostræ operationis ministerium singula religio- num loca eorum personis , cum exultatione spiritus sub debito professionis obsequio culmina meritorum scan- dentibus votiva in spiritualibus , & temporalibus susci- piunt incrementa , directioni , statui , & conservatiōni Fra- trū societas hujusmodi providere volentes , ac speran- tes , quod eorum vita laudabili , & fructuosis operibus prædictis , necnon aliæcis forsitan de cætero concedendæ domus in eisdem spiritualibus , & temporalibus , prospe- ros atque felices successus dante Domino consequan- tur , ut ipsi Priores , & Fratres eo serventius divinis bene- placitis se coaptent , quo se per Nos , & Sedem Apostoli- cam specialibus favoribus , & gratiis communitos fore conspexerunt , corundem Prioris , & Fratrum in hac parte supplicationibus inclinati , auctoritate Apostolica , & ex certa scientia tenore præsentium exemptiones , assigna- tiones , concessiones , gratias , & indulta prædicta ac om- nia , & singula in prædictis literis contenta , & inde se- quita , cum infrascriptis tamen additionibus , & moderationibus approbamus , & confirmamus , ac præsentis scri- pti patrocinio communimus , supplemus quoque omnes , & singulos defectus , si qui forsitan interuerenterint in eisdé .

6. 7. Et nihilominus etiam pro potioris cautela suffragio omnes, & singulos in S. Saluatoris, S. Leonardi, B. Mariae, & S. Antonii domibus praedictis pro tempore degentes, Priors, & Fratres, ac domos ipsas, illorumque possessiones, jura, & bona, mobilia, & immobilia quaelibet ab omnibus dominio, potestate, superioritate, aliena jurisdictione provincialis Provincie, in qua domus praedictae consistunt, & a ieiuniorum Ordinis Fratrum qui buscumque ipsius Ordinis dignitatibus, vel officiis fungentium, praesentium, & futurorum, generali praedicti Ordinis Priori dumtaxat excepto, perpetuo eximimus, & penitus liberamus, necnon sub cura, regimine, gubernatione, & correctione Vicarii generalis per eos pro tempore eligendis submittimus, pariter & subjicimus.

§. 8. Ac quod omnes , & singuli Fratres domorum
prædictarum in aliqua ex eisdem domibus ad hoc per
Vicarium hujusmodi deputanda, singulis trienniis, vel
alias quando,& quoties negotiorum, personarum, loco-
rum,& temporum qualitate pessata, Vicario,& Visita-
toribus Fratrum dictæ Societatis pro tempore existen-
tibus opportunum fore videbitur, servatis alias solemni-
tatis,& cæremoniis in generalibus Capitulis Fratrum
dicti Ordinis servari solitis, generalia Capitula Fratrum
ipius Societatis , ad que dictus Vicarius , & singuli
Priores domotum earundem ad minus, si fieri poterit,
cum singulibz Definitoribus, illoque personaliter accede-
re sint ad dicti, celebrare , & in hujusmodi Capitulis,
quamprimum inibi Fratres vocales congregati fuerint,

num in Presidentem tunc celebrandi Capitulo, cuius officium eam tempore triplex duret, in quoque membris aliquo Vicarius officium Vicariatus facere resiget, & a quo ipse Vicarius ab hujusmodi officio absolvatur, qui que electione novi Vicarii canonice celebrata insimul cum Visitatoribus dictae Societatis confirmare posset, & deinde alios Visitatores, ac subsequenter unum ex eis in ipsum, ac omnium & singularium domorum predicatorum generali Vicarium, de cuius vita, & prudentia, & per omnia officio Vicarius hujusmodi in sequenti Capitulo, postquam a dicto officio fuerit absolutus, alias juxta Constitutiones Ordinis antedicti inquiratur, & examinatur, necnon per dictum presidentem, si puniendus fuerit, puniatur, absolvatur, & per Capitulum Societatis hujusmodi reeligatur, ac confirmetur, in omnibus & per omnia, quemadmodum alias in generalibus Capitulis Fratrum dicti Ordinis generalis Prior ipsius Ordinis inquiri, examinari, puniri, absolvere, reelegi, & confirmari consuevit, eligere possint & valeant.

§. 9. Quodque electus in Vicarium, qui per Presidentem & Visitatores predicatorum confirmetur, postquam electus, & confirmatus fuerit, ut praesertim, in omnes & singulos Fratres Societatis hujusmodi easdem ac prorsus similes jurisdictonem & potestatem, quas generalis Prior dicti Ordinis pro tempore existens in illis habet, & exercere potest, habeat, & exercere possit; necnon quoties opus fuerit Priors domorum, & Conventuum predicatorum, Priore dictae domus S. Salvatoris, quem per fratres ipsius domus S. Salvatoris, illos videlicet, qui in Capitulo vocem habent, annis singulis eligi, ac ejus electionis confirmationem, nisi forsan ipse Vicarius, qui lapso anno ab officio Vicariatus hujusmodi eo ipso absoluimus intelligatur, in Priorem eo ipso absque alia confirmatione, quod Vicarius in priorem electus, confirmatus intelligatur, ad dictum Vicarium pertinere debere; volumus atque decernimus dumtaxat excepto, instituere & amovere.

§. 10. Præterea quod in hujusmodi celebrandis Capitulis, dictus Vicarius cum aliquibus Definitoribus singularium domorum eam tempore, quamcumque, quotcumque, & qualiacumque statuta, & ordinationes, dum tanen regulæ, aut constitutionibus dicti Ordinis, ac Sacris Canonibus non obvient, sintque rationabilia & honesta, edere, facere, & condere, ac eorum omnia & singula, in toto vel in parte, quoties eis opportunum videbitur corrigere, mutare illisque addere: ac dictus Vicarius ipsa omnia, & singula per censuras Ecclesiasticas, & alia juris remedia, tamen ejusdem juris apicibus, litiumque anfractibus non servatis, per Fratres dictæ Societatis irrefragabiliter observari facere.

§. 11. Necnon Vicarius insimul cum Visitatoribus predicatorum quoties illos in loco in quo tunc ipse Vicarius commorabitur adesse contigerit, alioquin per seipsum super statutis & ordinationibus, necnon concessionebus, gratiis, & indultis, etiam per nos confirmatis, dummodo id super quo dispensatio requiritur alias Societatem ipsam non concernat, quo casu ad generale Capitulum per fratres Societatis hujusmodi pro tempore celebrandum dispensatio pertineat, & dispensatio quæ per Vicarium, ac maiorem & saniorem partem hujusmodi Capituli, aut ipsum Vicarium & Definidores predicatorum fiet dumtaxat legitima censeatur, dispensare.

§. 12. Praefatus quoque Vicarius quoties eum abesse contigerit, aut alias sibi videbitur loco sui vnum, duos, vel plures, & quot ei placuerit Vicarium, seu Vicarios, cum facultate de qua sibi videbitur instituere, destituere, necnon ad domos dictæ Societatis transmittere.

§. 13. Et infra generalis Prior dicti Ordinis pro tempore (qui nullum ex Fratribus dictæ Societatis ab ipsa Societate removere, nec aliquem ex Fratribus predicatorum Ordinis, cuiuscumque gradus, vel conditionis ipse Frater existat, ad ipsam Societatem, vel aliquam ipsius domum transferre absque Vicarii pro tempore, & majoris Societatis eorundem consensu, quavis etiam rationabili causa, vlo ynquam tempore possit) quoties ei placuerit per se insimul cum uno ex Visitatoribus Societatis hujusmodi, quem ad hoc duxerit eligendum, ut per

Vicarium dictæ Societatis dumtaxat, de non per alium vnam, vel plures domum, vel domus, ac ipsam Societatem viseat, & secundum Constitutiones Ordinis quos culpabiles reperiuntur, contigerit, & punire.

§. 14. Quodque Fratres domorum eam tempore presentes, & futuri, panem vnum, & alia ad vicuum necessaria, & ubicumque cum facias & sportis publice mendicando querere ac recipere.

*Electio frater
quasi per
missus.*

*Congregatio
ni predicatorum
& alias do
mesticas,
indulta Or
dinis conve
nientia.*

§. 15. Et si forsitan vlo tempore, aliquam seu alias Fratrum dicti Ordinis Societatem, vel Societas, sub regulari observantia ejusdem Ordinis degentium, hujusmodi Societati vniuersi & aggregati pro tempore cotigerit, quod in sic vniuersum Societatum Fratres, ac ipsæ vniuersitas Societas omnibus & singulis exemptionibus, concessionibus, assignationibus, indultilisque predicatorum, ac presentibus nostris literis, & in eis contentis, ut pariter, & gaudente liberè & licite possint & valeant, eisdem auctoritate & licentia perpetuo statuimus, decernimus, & ordinamus, ac Fratribus Societatis hujusmodi, presentibus & futuris, quandiu sub dicta observantia vixerint predicatorum, ac de novo omnia & singula exemptiones, concessiones, assignationes, gratias, & indulta per nos confirmata hujusmodi concedimus pariter & indulgemus per presentes.

§. 16. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac literis & privilegiis Apostolicis generalibus, vel specialibus, etiam de illis, quorum omnium tenores etiam presentibus habeti volumus pro expressis, specialis, & expressa, ac de verbo ad verbum mentio habenda sit, necnon dicti Ordinis iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ac literis generalis Prioris dicti Ordinis pro tempore existentis, & de consensu generalis Capituli ipsius Ordinis sub quacunque forma forsan in posterum emanandis, certisque contraria quibuscumque.

§. 17. Volumus autem quod si, quod absit, observantia hujusmodi in dicta Societate cessare contigerit, presentes literæ nullius sint roboris vel momenti. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c.

Datum Semini, Anno Incarnationis Dominice millesimo quadragesimo quinto quadragesimo tertio, VIII. Idus Septembri, Pontificatus nostri anno tertiodecimo.

*Quibuscum
que: non ob
stantibus.*

*Tunc a de
bulla pro tem
pore duratur
a observan
tia
D.P. An. 13.
6. sept.*

Sequitur declaratio dictæ Constitutionis.

EUGENIUS PAPA IV. &c.

*Edita An. D.
1443.*

A D hoc circa regulatis observantie professores eodem diligenter paternæ sollicitudinibz vices impendiunt, quo secundius illorum religio fructu in eos aferat salutarem, & laudabilibus in Domino possint jugiter proficer incrementis. Nuper siquidem per nos, &c.

Omittitur insertio bullæ, quia ipsa est que præcedit.

§. 1. Cum autem, sicut exhibita Nobis nuper pro parte Priorum & Fratrum predicatorum petitio continebat, ipsi Priors, & Fratres dubitent, ne concessiones, assignationes, statuta, ordinationes predicatorum, & alia in dictis literis contenta ex frequentibus statutis per Capitulum Societatis hujusmodi, aut Vicarium, & Definidores predicatorum forsitan faciendis in abusum vadant, illaque per non usum abrogentur; & à nonnullis quoque revocetur in dubium, an alia Societas Fratrum dicti Ordinis eidem Societati absque generalis Prioris præfati Ordinis, vel alterius licentia se unire, dictique Priors, & Fratres S. Antonii supra Balneum Petrioli, & S. Mariæ de Monte Specchio domos predicatorum dimittantur, absque dictæ Sedis licentia speciali. Et an quod de non amovendis, aut transferendis Fratribus per Generalem Priors Ordinis in predicatorum nostris literis statutis, ad illius generale Capitulum extendantur, dictusque generalis Prior loco pœna, seu penitentia aliquem ex Fratribus hujusmodi Societatis à dicta Societate ad tempus removere valeat: pro parte Priorum & Fratrum Societatis predicatorum Nobis fuit humili supplicatum, ut super his opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Hh 4 §. 2. Nos

*Dubia Exci
tata sun/ su
per præcedens
ti conf.*

EVGENIUS QUARTUS.

368

Dubii primi declaratio.

§.1. Nos igitur ad omnes in premissis ambiguitates, & dubium submovendum: & ut Priors, & Fratres Societatis predicte, qui ut accepimus, sub regulari ipsius Ordinis observantie viventes de die in diem virtutum meritis, ac fructuosis operibus multiplicari noscuntur, liberati a noxilis sua. Altissimo vota reddere, ac personarum numero faciliter augmentari valeant, providere voluntates, hujusmodi supplicationibus inclinati, per Vicarium dictae Societatis pro tempore existentem cum Visitatoribus prefatis, quoties ipsos in loco in quo predictus Vicarius commorabitur, adesse contigerit, alioquin per se ipsum super penitentias ex quacumque causa, etiam propter recessum ab ipsa Societate, vel alia graviora crimina & excessus Fratribus Societatis hujusmodi impositis, vel imponendis in toto, vel in parte, ac concedendis liberas extra ipsorum Conuentus, seu domos, juxta modum, & formam literarum, seu concessiōnum, per dilectum filium Magistrum Gerardum de Arimino tunc generalem Priorum dicti Ordinis Fratribus predicte Societatis, etiam sub excommunicationis pena, quam secus facientes eo ipso incurserunt, concessa dumtaxat, & non alias, aut aliis casibus dispensare.

Dubii secundi declaratio.

§.3. Et una, duæ, vel plures, & quilibet Societas Fratrum dicti Ordinis, predictæ Societatis, generalis Prioris, necnon generalis Capituli ejusdem Ordinis, & cuiuslibet alterius licentia super his nullatenus requirita, quibuscumque mandato, ac prohibitione per generalem Priorum, & generale Capitulum huiusmodi, aut illorum alterum in contrarium pro tempore factis, nequam obstantibus, sub modi, & formis, necnon patēs, & cōventibus, de quibus eis videbitur, se vni, & aggregare, ipsolque Priorum, & Societatis hujusmodi S. Antonii, & S. Marie domos predicata, etiam absque dictorum Prioris, & Capituli, & cuiuscumque alterius licentia dimittere.

Dubii tertii declaratio.

§.4. Necnon Prior pro tempore, cum generali Capitulo dicti Ordinis, aut ipsorum quilibet de per se, aliquem ex Fratribus dictæ Societatis ab ipsa Societate removere, aut aliquem ex Fratribus ejusdem Ordinis, cuiuscumque gradus, vel conditionis existat, ad predictam Societatem, vel aliquam ipsius domum transferre, absque Vicarii pro tempore, & majoris partis Fratrum Societatis eorumdem consensu, quavis etiam rationabilis causa. Et ipse generalis Prior pro tempore, etiam consensu generalis Capituli Ordinis hujusmodi, aliquem ex Fratribus predicte Societatis, quantumcumque culpabilem, & criminosem, extra domos ipsius Societatis punire vlo vñquam tempore nullatenus possit, sed ipsum in eisdem dominibus alias juxta culpas, & demerita ipsius secundum canonicas sanctiones, & instituta predicti Ordinis puniat, ac punire debeat.

Prohibitus mundi gratiarum auctoritate ordinis dignitatis extra societatem absque licencia.

§.5. Præterea, quod nullus ex Fratribus dictæ Societatis, cuiuscumque status, gradus, vel conditionis existat in ipsa Societate, seu aliqua ipsius domo, quibuscumque exemptionibus, immunitatibus, privilegiis, gratiis, & indultis quorumcumque tenorum existant, eis in specie vel in genere à Sede Apostolica, seu alias pro tempore concessis, vti, & gaudere, aut ad alias dignitates, præminentias, administrationes, vel officia dicti Ordinis extra dictam Societatem, quantumcumque, quotcumque, & qualicumque fuerint, vocari, assumi, aut illis præfici, absque Vicarii, & Definitorum pro tempore, aut Capituli Societatis predicatorum, sive majoris partis illorum licentia in scriptis habita, & obtenta, nullatenus possit.

Communicationis gratiarum immunitatibus alterius Congregatis, sive maxima.

§.6. Quodque Priors & Fratres Societatis hujusmodi, omnibus, & singulis exemptionibus, immunitatibus, privilegiis, gratiis, & indultis ipsi pro tempore vniuersis Societatis per generalem Priorum dicti Ordinis pro tempore, in specie seu in genere concessis, vti & gaudere libere & licite valeant, ex certa scientia, & auctoritate Apostolica tenore presenti statuimus, determinamus, & ordinamus.

Bona Fratrum ad Congregacionem transfigurationis fratrum congregacionis.

§.7. Ac præmissa omnia, necnon quod præfata Societas, iuxta quandam concessionem Priori, & Fratribus predicata domus S. Salvatoris per quandam Nicolai generalem Priorum dicti Ordinis concessam, de omnibus, & singulis bonis mobilibus & immobilibus,

presentibus & futuris, omnium & singulorum Fratrum dictæ Societatis, praesertim & futurorum, & cumque quomodocumque, & qualiacumque hujusmodi bona fuerint, etiamsi illa ipsi. Fratribus ad eorum quoniam concessa extiterint, plenarie succedant, ipsaque ad dictam Societatem cum Fratribus ad illam transeuntibus, ex ipso deueluantur, ac proveniant Priori, & Fratribus dictæ Societatis, præsentibus & futuris, perpetuè concedimus patiter, & indulgemos.

§.8. Non obstatibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus, & singulis in aliis nostris literis predictis, quas alias in suo robore permanere, & quas, necnon præsentes, in omnibus & per omnia observari volumus, decernimus atque mandamus, non obstat volumus, ceterisque contrariais quibuscumque. Volumus autem, quod si, quod ab sit, observantiam hujusmodi in dicta Societate cessare contigerit, prætempore, & eo ipso sint cassæ, & irritæ nulliusque roboris vel momenti. Nulli ergo, &c. Si quis, &c.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Domini Millesemo quadragequarto simo quadragesimo tertio, quinto Kalendas Decembris, Pontificatus Nostræ Anno tertiodicimo.

Approbatio Ordinatum in Capitulo Romæ acto præfinitarum, pro reformatione Monachorum Græcorum S. Basili, in provinciis Siciliæ, Calabriæ, & Apuliæ.

Hec bullæ à Jul. II. & Jul. III. confirmata fuit, ut vidi in quadam ipsius Jul. III. constit. edita die 19. Decembris 1550. quam prætermisisti minùs necessariam; & de toto Ordine notavi supra in conf. 6. Alexand. IV.

E V G E N I U S E P I S C O P U S, *Edictus*
Servus Servorum Dei: *Ad perpetuam rei memoriam.* *144.*

Inter curas multiplices, quibus occurrentia rerum, negotiorumque varietatibus obsidemur, illam vigilantis amplectimur per quam regulares Ordines, & loca, iugis sanctimoniz dedita, prot congruè propicimus, in spiritualibus & temporalibus prosperitatibus optata contingent eventum, vnde efficacis ad id sollicitudinis studium apponere cupimus, & provisionis salutaris adhucere remedium, ne Ordines, & loca ipsa, Apostolicæ, quod ab sit, providentie destituta confilio, deformatio- nis subiaceant opprobrio, sed libertus cursu temporis continuum, dante Domino, in eisdem spiritualibus & temporalibus suscipiant incrementum.

§.1. Sanè ad nostri deducta notitiam, quod plurima Monasteria & loca Monachorum Græcorum Ordinis S. Basili in Regno Siciliæ, citra & ultra Farum essent, quæ in multis reformatione indigere videbantur. Nos inter alia mandavimus omnibus & singulis Abbatibus dicti Ordinis de celebrando Capitulo, ad Urbem Romanam, ut certo tunc expresso, & ad id per nos statuto termino personaliter conuenient, ibidem tractaturi & ordinaturi, quæ pro Religionis decore, & hujusmodi Ordinis commodo, utilitate & conservatione expedient.

§.2. Postmodum verò dilectis filiis præfati Ordinis in predicitis Insula & Regno cōsistentium Monasteriorum Archimandritis, & Abbatis, cū nonnullis aliis ejusdem Ordinis personis, sub Græcorum ritu vivere consuetis, in predicitæ Urbe pro præmisso congregatis conuenientibus, post maturam quam desuper inter se habuerunt deliberationem, concordarunt, & ordinaverunt, ac in hoc singuli scilicet, aut major pars eorum expresse cōsenserunt, videlicet quod ex singulis Siciliæ & Calabriæ & Apuliæ dicti Ordinis Provinciis, unus esset ejusdem Ordinis Visitator, qui in illa ex Provinciis hujusmodi, in qua pro tempore deputatus fuerit, cum uno socio, cuius consilio in omnibus agendis vti debeat, monasteria, & loca predicata, tam Monachorum, quam Monialium

nialium sub predicta regula degentium, tam in capite quam in membris visitare & reformatore, ac personas ibidem corrigere, aliaque que ad hujusmodi visitationis & correctionis officium de jure vel consuetudine pertinet, & exercere possent, & deberent.

§. 3. Quodque Visitatores dicti Ordinis pro tempore existentes à quolibet dictarum provinciarum Ordinis hujusmodi Monasterio, sive loco, illam pecuniarum summam sive quantitatem, quæ inter Archimandritas, Abbates, & personas predicetas in Cōgregatione hujusmodi, tam pro salariis magistrorum, Monachos, & personas dicti Ordinis, aliosque quoscumque idioma græcum pro tempore docere volentium, quam expensis studiorum hujusmodi depata, seu consignata extitit. Et quæ quidem summa sive quantitas in Siciliæ inter Monasteria, & Ecclesiæ sacerdotes Græcas ad centum vñcias monetæ currentis ibidem, & in Calabriæ ad ducentos & quinquaginta, in Apuliæ vero Provinciis eisdem ad octoginta florenos aut de Camera ascensit, ad quas quantitates à quibuslibet dictorum Monasteriorum & Ecclesiæ Rectoribus per solutas, tunc Abbatos quæ Commendatarios quoscumque & quibuscumque unita Monasteria; in Sicilia vero eos presbyteros sacerdotes, Rectors Ecclesiæ tenuerunt, & obligatos esse voluerunt, & statuerunt, exigere, colligere & levare valerent, atque possent hujusmodi concordatis, & ordinatis per singulos, aut majorem partem eorum, qui præmissis Congregationis & Capituli celebrationi interfuerunt, acceptatis atque laudatis.

§. 4. Nos itaque omnia & singula præmissa, & quævis alia inter Archimandritas, Abbates, & personas predicetas in hujusmodi celebrato Capitulo ordinata, & concordata, illorum tenores & effectus rata habentes & grata, illa auctoritate Apostolica approbamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, eaque volumus, & mandamus ab omnibus & singulis, quorum pro tempore interfuerit, summi & inviolabilitatem observari.

§. 5. Districti inhibentes venerab. fratribus nostris Archiepiscopis, Episcopis, & universis & singulis Ecclesiastici dictarum Provinciarum Prelatis, & quibusvis aliis cuiuscumque dignitatis, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, & precipue dilecto filio Lucae Buffalo moderno S. Salvatoris in lingua Fati Messanensis Dicte. Archimandrite, cuius præminentiam quæ supra Monachos & Abbates Siculos habet, ac cura ejus quoad vixerit, ex certa nostra scientia suspendimus, & quem correctioni ipsorum Visitatorum subjicimus, ac ab illis corrigi & puniri debere, atque posse decernimus. Archiepiscopis vero & Episcopis suspensionis ab ingressu Ecclesiæ poena, necnon prædicto Lucae & aliis Archimandritis & ceteris supradictis sub excommunicationis sententiâ, quam eo ipso incurant, & à qua quidem sententia ab alio quam a Romano Pontifice absolu non possint, ac cuiilibet ipsorum, ne se de visitatione Monasteriorum & locorum Græcorum, tam Monachorum, quam Monialium in provinciis supradictis existentium aliquo modo intromittant, sive Visitatores ipsorum Monasteriorum & locorum pro tempore existentes, quo minus illa liberè visitare, ac illorum personas corriger & punire, aut alias commissum ejus visitationis officium in omnibus & per omnia exercere debeant, atque possint impediunt.

§. 6. Et nihilominus ut Monasteria & loca predicta per visitationis & felicis directionis ministerium salutare contingat remedium, volumus, & dicta auctoritate statuimus, atque decernimus & ordinamus, quod Visitatores pro tempore electi, deputati, ac existentes, ad singulatum provinciarum earundem, singula dicti Ordinis Monasteria, & loca singularum provinciarum hujusmodi personaliter accedant, & solum Deum pro oculis habentes, in Monasteriis & locis predictis, tam in spiritualibus quam in temporalibus, necnon capitibus, & membris, debite visitationis officium, auctoritate predicta impedere & exercere, ac omnia & singula que in reformationis & correctionis ministerio indigere prospexerint, provt eis iuxta canonicas sanctiones, & regulatæ ejusdem Ordinis instituta, ac alias congruū videbitur, reformare, & corriger, necnon quoscumque Monasterio-

rum, & locorum ipsorum Præsidentes, illorumque personas, cujuscumque dignitatis, etiæ Abbatialis, status, grades, vel conditionis existant, vel præminentia, etiam si Archimandrite fuerint, juxta criminum, & excessu per eos quomodolibet perpetratorum qualitatem, & exigentiam corriger, & punire, & si illorum demerita id ille poscerint, dignitatibus, & officiis quibuslibet auctoritate nostra private, & ab illis amovere, ac etiæ summa, siue q̄ quantitatem pecuniarum hujusmodi, ad opus & usus magistrorum & studentium corundem, à Præsidentibus Monasteriorum, & locorum predicatorum, provt in Capitulo predicto concordatum & ordinatum, ut preferatur, exitit, exigere, colligere, & levare, seu exigi, colligi, & levare facere, ac de levatis & perceptis quietare, præsatioque moderno Archimandrite Siculo, ne se de visitatione Monasteriorum, & locorum ejusmodi, illorumque correctione personarum, ac alias de eis quovis modo intromittere audeat sive presumat, strictius inhibere, omniaque alia & singula, quæ in præmissis, & circa ea necessaria fuerint, vel quomodolibet opportuna, facere, statuere, & ordinare, & exequi. Contradictores quoscumque & rebellis, ac non soluentes, per censuram Ecclesiasticam & alia quævis opportuna juris remedia, appellatione postposita compellere, necnon si, quod ab sit, ex Archimandritis, Abbatibus, & aliis supradictis aliqui fuerint qui legitime requisiti summam, sive quantitatem præmissam, provt se in qualibet provinciarum predictarum extensis, ac in concordatis, & ordinatis hujusmodi cōtinctur, soluere & assignare, sive usque ad dictam summam, vel quantitatem contribuere distulerit, sive recusauerit, ex tunc Visitatores supradicti, & quilibet ipsorum in sua provincia, fructus, redditus & prouentus singulorum Monasteriorum, & locorum, quibus non soluentes hujusmodi præfuerint, aut quæ sive per unione, sive per commendam obtinuerint, arrestare, & sequestrare, necnon denum (si eis videbitur) fructus, redditus, & prouentus hujusmodi usque ad summam, sive quantitatem eandem pro præmisso usu exponere, vel grangiam, aut præmium aliquod, pro rata ad huc studiorum usum contributionis illius Ecclesiæ, vel Monasterii, cuius Præsidens solvere noluerit, deputare & consignare, ac etiam taxas Monasteriorum & Ecclesiæ prædictorum, augere vel minuere, summis tamen præfatis non diminutis, si opportunitum videbitur, posint atque debeant.

§. 7. Verum quia dignum est, ut stipendio congruo sustentetur, qui ad labores, & oneri deputantur, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod Visitatore, predicti dum, & quoties in exercitio visitandi, & cortigeni, aliaque supradicta faciendi fuerint, quilibet videlicet eorum pro se, ac notariis, & aliis, cum eis in hujusmodi exercitio necessario existentibus, à Monasteriis, & locis, quæ pro tempore visitabunt, eorumque personis sumptus, & expensas, non solum vietus, sed etiam alias minutæ, & solum necessarias recipere possint & valeant moderatas. Super quibus omnibus, etiam ipsis pro tempore, ut præmititur, existentibus Visitatoribus, plenam & liberam auctoritate predicta concedimus tenore præsentium facultatem. Nos enim sententias sive penas, quas dicti Visitatores pro tempore rite tulerint, sive statuerint in rebellis, sequestra, vel arresta quaque apsoluerint, rata habebimus atque faciemus, auctore Dominino, usque ad satisfactionem condignam inviolabilitatem observari, invocato etiam per eos ad omnia & singula supradicta si opus fuerit auxilio brachii sacerdotis.

§. 8. Non obstantibus constitutionibus, & literis Apostolicis, præsertim quibusdam P. Petali B. M. A. 1. & de Gipta Ferrata Romanæ Ecclesiæ immediate subiectæ, ac aliis Paulo tunc B. M. A. 1. de Gipta, & Adriano S. Pantaleonis Tusculan. Panormitanæ, & Messanen. Dicte. Monasteriorum Abbatibus per nos illis decretis, quarum tenores, & effectus præsentibus pro sufficienter expressis haberi volumus, & quas ut effectus præsentium per eas impediri non contingat, revocamus, cassamus, & annulamus, ac pro infectis & nullis hiberi, censerit, & reputari debere decernimus, necnon statutis, & consuetudinibus Monasteriorum, & locorum Ordinis predicatorum, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmatis

*Stipendia
visitatoribus as-
signata.*

*Clauſulari
monasteriorum & de-
rogatorias
appositi.*

imitare alia roboratis, ceterisque contrariis quibuscumque, aut sit Archimandritis, Abbatibus, & per sonis praedictis, vel quibusvis aliis communiter vel divisi in Sede Apostolica existantibus, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari, aut ad judicium trahi non possunt per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressum, ac de verbo ad verbum ad induit, hujusmodi mentionem, & quibuslibet Aliis privilegiis, unionibus dictorum Monasteriorum, & Ecclesiarum, quibusvis etiam Cathedralibus Ecclesiis factis, exemptionibus, indulgentiis, & literis Apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcumque tenorū existant, per quae presentibus non expedita, vel totaliter non inserta ipsorum Visitatorum jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, qua quead hoc eisdem Abbatis, personis & aliis nolumus aliquatenus suffragari.

*Visitatoribus
omnes dat sibi
sensu sui
privatives, &
amoris.
Abbas, &c.
D. An. 16.
14. Novem.*

§. 9. Præterea ea singula que Visitatores antedicti circa singulas privationes, & amotiones hujusmodi fecerunt, nobis per eorum patentes literas ipsorum sigillatas, quantocius fidelerint intimare, procurent, ut eorum informatione plenus instructi circa provisiones Monasteriorum, & locorum tunc per privationes & amotiones hujusmodi vacantium, consultius agere valamus. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c.

Datum Roma apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Domini 1446, decimonono Kalendas Ianuarii, Pontificatus nostri Anno sextodecimo.

XXVII. Canonizatio S. Nicolai de Tolentino, professoris Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, ejusque adscriptio Catalogo SS. Confessorum. Et institutio sua festivitatis pro die 10 Septembri.

Hanc Festivitatem innovavit, duplice officio celebrari decrevit Sixt. V. in conf. 16. Sancto.

*Edita An. D.
1447.*

E V G E N I V S P A P A I V
Universis Christi fidelibus presentes literas insperatur,
Salutem & Apostolicam benedictionem.

Exordium.

Nec militans in Terris Ecclesia, triumphantem in Cœlis filiali, & devoto veneretur affectu, ac virtutes, laudes, preconiaque Sanctorum, quantum sinit fragilitas, dignissimis attollat titulis, devotis quoque precibus, solemnī ritu sacrificia laudum offerat, ad decus, & venerationem civium supernorum, nihil tamen illis accrescit noua perfectionis & gloria, nec eorum perfecta felicitas nostris operibus firmari poterit, vel augeri. Misericors tamen, miseratorque Dominus, per intercessiones, meritaque Sanctorum, quos in Terris celebitate congrua veneramur, mirabili dignatione imperfatum nostrum suppleri providit, ut quod nostris meritis non valeamus, eorum suffragiis asequamur.

B N icolaus
genuit a
& nascitur
omnes.

*Præmises idea
e. de ejus
canonizatio
B. regn.
Curia.*

§. 1. Eternus itaque Deus, qui facit miracula magna solus, Confessorem suum eximium Nicolaum de Tolentino in approbata Religione Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, ab ejus pueritia educatum, pruitate cädidum, charitate fervidum, electum ex millibus exemplar præfulgidum, sapientia ejus infinita produxit, singulari vita sua excellentiam signis & prodigiis probans, ac coruscantibus, crebrisque miraculis manifestans. Letentur itaque cœli, & exultet terra, jocundetur que pariter totus Orbis, quando ei, qui effulgit in templo Dei cum viveret, speciosum in cœlo præstant hostium cœli cives.

§. 2. Itaque hujus beati viri, quando vita est fuit, fama, summaque ad eum pupillorum devotione crescentibus, fel. rec. Joannes Papa XII. predecessor noster, Auenione cum ejus cura residens, cum fratribus suiscepit de ejus canonizatio tractare, quam nisi ejus obitus, & horrenda superuenientia schismata procul dubio consummasset.

§. 3. Beatus igitur hic Nicolaus, honestis ex castre

S. Angelii infra Firmam, dicec. parentibus ortus, & parentum consortia vitans, Ecclesiæ, diuinaque mysteria frequentabat, & ne præclara opera lucida vita sua, longo latoque sermone curramus, pauca libet referre de pluribus, ut ex his existentes in via Domini, Patrem glorificant sicut decet.

§. 4. SSandus equidem iste in ætate existens tenera, se sub magna Religioni diligentia, summa cum obedientia & humilitate servabat, castigando corpus jejunis, vigiliis, orationibusque infistebat deuotus, gratus, humili, obediens, benignus, suavis, pius, patiens, constantes, maturus, compotus, virtutum quibusdam aromatibus plurimos attrahebat, adeo quoque fidei cultor erat, ut cuncta illius verba, & opera virtute fidei redolent, tribulatorem, & infirmorum consolator assiduus existebat.

§. 5. Et demum, pudicus, castus, modestus, vere, cundus, ac latus ad vitæ vesperam veniens, divinitus audiit meruit: Euge serue bone intra in gaudium Domini tui. Sic granum frumenti cadens in terram, & mortuum, vberem consurgit in spicam: sic bottus in torculari calcatus, liquoris redundat in copiam, sic regnum coelorum percipitur, & Sancti per fidem sublimia regua vicentur.

§. 6. Verum quia decebat divinæ magnitudinem bonitatis, ut quæ in terris præclaris ornaret virtutibus, in cœlis regnare certis testimoniosis probaretur, multis eum, magnisque miraculis dum viueret & post obitum, clarum fecit, quorum quedam dignissimis probata testibus onerosæ multitudinis vitanda gratia, duximus presentibus annotanda.

§. 7. Quidam adeo in sinistro latere perditus erat, ut nec illius manum, aut pedem posset quovis modo movere, aut quicquam ex oculo sinistro videre: post plurimorum medicorum antidota, atque collyria inaniter experta, Sanctus sic latus illud crucis signaculo tetigit, & ita que illi benedixit, qui statim è grabato surgens sanatus est, videns, & integrè liberatus.

§. 8. Quædam vero mulier triennio continuo sanguinis fluxum patiens, ad Nicolaum veniens, & manum illius deuotissime osculans, precabatur eum, ut preces ad Dominum pro illius sanitate recuperanda portigeret: Sanctus ipse illam crucis signo signavit, & libertata recessit, & haec ante obitum.

§. 9. Post obitum vero cum puer quidam annorum quatuor in canale molendini cecidisset, & intra rotam, & aquam per spatium temporis, quo communiter quis bene ambulans, milliaro ambulasset, continuo jaculset, unde tandem laboriose extractus mortuus, & pro mortuo reputatus, emissò prius per matrem voto, quod si restitueretur vita auxilio Beati Nicolai, illum supra sanctum tumulum habitum Religionis indueret, adiuvante Sancto prædicto, viuus apparuit.

§. 10. Vir Insuper quidam invenitus in domo sua suspensus, & mortuus, precibus & voto per ejus uxorem ad B. Nicolaum emilis, factus est viuus, & ex tunc diutius supervixit.

§. 11. Quamplurima etiam miracula, tam in vita, quam post ejus obitum fecit, pluresque homines utriusque sexus à morte resuscitavit, cœcos illuminavit, & ab oculorum infirmitatibus liberavit, contractos, & protractos membris, & claudos erexit, paralyticos à membrorū impotentia sanavit, & à tremore capitis, & membrorum, dæmoniacos, captiuatos, incarcerated cum apparitionibus & revelationibus liberavit, cadentes, & illatos, à naufragiis, ac captivitate personæ, à perditione bonorum, à febribus, ab ethica, ab hydropsi, à podagra, à doloribus illorū, & stomachi, ac cordis, aliisque infirmitatibus liberavit, pristinæque sanitati restituit. Quæ omnia trecenta & vnum miracula, ad quorū probationem examinati fuerunt trecenti septuaginta, & unus testes in Registris annotata, coram nobis in publico Consistorio relata fuerunt. His itaque ac aliis miris operibus Sancti huius astutiebus sanctitatem, & Christianæ fidei veritatem, miraculorum lingua loquente, concurrit ad nos vndeque populus, crevit de his fama, atque devotione, laudatur Dominus, de salutiferis gratias auctori gratias referruntur.

runtur. Invaluit super his vox communis, & celebris, & plurimorum vox exultationis, etiam Praetorium nobis intonat, & nostra auctoritate inquisitionem fieri super dictis obtinat. Minim quidem Venerabilis fratris Joanni Episcopo Prenestino, & dilectis filiis nostris Joanni tituli S. Laurentii in Lucina Presbytero, & Prospero S. Georgii ad Volum aureum Diacono Cardinalibus commisimus, ut veritatem premissorum, & de miraculorum continuatione inquirerent diligenter, quorum relatione, etiam continuationis miraculorum probata veritas, nos & venerabiles fratres nostros S. R. E. Cardinales, & Sancti ejusdem vita mirabili, miraculis, & meritis gloriosis instruxit.

§. 12. Et quia plura, & majora de Sancto ipso comperimus, quam insinuata sufficiunt, de Fratribus praedictorum consilio & assensu, plurimi Ecclesie Praetatis adstantibus, & omnipotenti Dei virtute, & Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, ac nostra auctoritate confisi, eundem beatum Nicolaum Sanctorum Confessorum Catalogo duximus adscribendum.

§. 13. Ideoque Universitatem vestram monetheris & hortamur attente, per Apostolica scripta vobis praepiendendo mandantes, quatenus quarto Idus Septembbris, quo Sanctus ipse migravit ad Dominum, festum ejusdem deuote & solemniter celebratis, & faciatis ab omnibus veneratione condigna celebrari, ut pia ejus intercessione, & hic à noxiis protegi, & in futurum sempiterna consequi gaudia valeatis.

§. 14. Et ut ad venerabile ejus sepulchrum eo ardentes Christi fidelium confluat multitudo, & celebrius ejusdem Confessoris colatur festivitas, omnibus vespere nentibus, & confessis, qui cum devotione & reuerentia illuc in codem festo accesserint annuatim ipsius suffragia petent, de Omnipotenti Dei misericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, septem annos, & totide quadragesas, accedentibus vero annis singulis ad dictu sepulchrum infra ejusdem festi octauam, duos annos, & duas quadragesas de iniunctis eis penitentis misericorditer relaxamus.

Dat Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Domini 1447. kalend. Februario, Anno sextodecimo.

VIII. Declarationes & mitigationes Regulæ Sororum sive Monialium S. Claræ. Et earum suppositio Ordini Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia.

De d. Regula plene dixi sup. ad conf. 12. Innoc. IV. Solet. Et alias declarationes inspice in Leon. X. confit. 9. Cum sicut, ac alias inf. in confessus. 103. Py IV. Sedit.

A.D. E V G E N I V S E P I S C O P U S, Servus Servorum Dei: Dilecto filio Fratri Jacobo de Premadinis, de Bononia, Ordin. Minor. professori de Observantia regulari: Salutem, & Apostolicam benedictionem.

O Rdinis tui, praesertim familiarū in regulari observantia Domino famulantium, ob quorum Religiosis sanctimoniam, & multiplicitum virtutum dona, maximi in populo Christiano animarum fructus prodire cernuntur, curam gerentes solerter, illa libenter concedimus, per quæ earundem familiarū, etiam virtusque sexus augmento, conservationique melius ac facilius consuli intelligimus.

§. 1. Sane cum post concordiam inter Filios Fratres, qui dicuntur Conventuales, & vos, & alios, quibus de regulari Observantia est appellatio, vnius ejusdemque Minorum Ordinis secum factam, nos intendentes quod post dilectum Filium Fratrem Joannem de Capistrano, cui Ordinis de Observantia in partibus Cismontanis Vicarium, alter illius successor crearetur, eidem per literas Apostolicas commiserimus, quod ubi, & quādo sibi pla-

cet, ante sui officii finem Vicarios, & discretos prōvinciarum sibi subjectarum pro alterius Vicarii electione, alias creatione capitulo rite congregaret, & facta hujusmodi Congregatione in Alma Vtba apud Araceli locum tu in ea fueris canonice in Cismontanum Vicarium electus, nos electionem ipsam confirmaverimus, postmodumque dilectus filius Antonius de Ruconibus, Sacra pagina professor, Ordinis prefati Generalis Minister, te duxerit conformatum, prope predicta constant per literas Apostolicas, & predicti Generalis, quas hic habeti volumus pro sufficienter expressis, ad nostramque notitiam pervenerit, esse in tui Vicariatus partibus Cismontanis nonnulla Monasteria Sanctæ Claræ, quarum familia in observantia Regulari viventes partim primi, partim secundi, partim tertii Ordinis, partim aliter appellante, sub tuo Vicariatu, & à te, tuisque successoribus regi & gubernari, intensissimis dicuntur defideriis affectare.

§. 2. Nos qui certò tenemus, easdem mulierum monacharum, sive sororum familias, optimam & saluberrimam sub vobis gubernationem scilicet habere, & consue habitus felicia incrementa, earundem mulierum Monacharum, sive Sororum appellatarū Monasteria, & loca, & familias ubicunque intra tui Vicariatus terminos in regulari Observantia viventes, & presentes, quæ futuras, tuo, & tuorum Vicariatus Cismontani officio successorum curæ, gubernationi atque regimini auctoritate Apostolica praesentium tenore subjicimus, ac subiectas & suppositas esse volumus atque decernimus. Intendentes eadē auctoritate atque volentes, quod tu, & successores tui, per vos ipatos, & alios quos duxeritis substituendos, potestatem & facultatem habeatis easdem Moniales atque Sorores, sive primi, sive secundi, sive tertii, aut alterius Ordinis S. Claræ, & B. Francisci, signanter collegialiter, & in communī viventes, & earum Monasteria, atque loca, tam in capite, quam in membris visitandi, corrigendi, amovendi, deponendi, transferendi, & omniam alia, & singula facienda, quæ generalis Minister Ordinis vestri in eisdem Monasteriis & locis, de jure, & de consuetudine posse facere consuevit. Provinciales autem Vicarii vobis subditi, eandem potestatem & facultatem habeant, quas Ministri Provinciales, etiam de jure, vel de consuetudine habere consueverunt.

§. 3. Et ut supradictæ Moniales ac Sorores melius gubernentur, volumus, quod in electione & creatione Abbatis, & Ministrorum, & Matrum, illæ tantum ex ipsis Monialibus & Sororibus vocem habent, quæ per annos tres, vel circa, in earundem Monasteriis vel Collegiis fuerint. In qua creatione & electione major pars votorum ad minus medietatem superans, debet convenire. In omnibusque tertii Ordinis Sororum & Monialium Collegiis, Fratres tui Ordinis de accessu, & ingressu se habeant, sicut observatur in Monasteriis S. Claræ. Si autem Visitatoribus earum, & Sororibus tertii Ordinis, quæ minimè vivant collegialiter, esset concessa à Sede Apostolica aliqua facultas & auctoritas, nos ipsas praesentium tenore auctoritate Apostolica revocantes, volumus quod tu, & tui in Vicariatus officio successores, hujusmodi Visitatores amovendi, & alios instituendis auctoritatem & facultatem habeatis.

§. 4. Præterea, cum in Regula B. Claræ jubeatur jejunium perpetuum; quod nimis rigorosum tenemus: placet, & volumus, quod supradictæ, & Tertiæ, & aliorum Ordinum Sorores solummodo teneantur ad illa jejunia, ad quæ vos Fratres Ordinis Minorum Regulam observantes obligati estis, & eosdem modos feruent in cibis quadragesimali tempore, exceptis debilibus & infirmis. In aliis vero jejunis, ut sunt Quatuor Tempora, Vigiliae Apostolorum & similium, servetur consuetudo regionis, secundum quam liceat eis etiam oua & laetaria comedere.

§. 5. Cum etiam in Monasteriis Sorores, sive Monachæ incant nudis pedibus discalcearæ, quod nimis rigorosum existimamus, placet, & volumus, quod Sorores, sive Monachæ possint defere illa, quæ nomine calceamentorum non consentit, puta zoccos ligneos, & sandalias, atque etiam, cum opportunum fiterit, calceamenta.

§. 6. Itera

Hoc in pio
modo
concedit.

Vocales in
electione Ab-
batis, & Minis-
trorum num-
rum decla-
rati.

Regulam cl-
ea, & uniu-
ersaliter
modificari.

Regulam eti-
dem q. rad-
caliter miti-
gare.

Et quod §. 6. Item cum in aliquibus Monasteriis, locis, & Nationis, nobis debitam obedientiam per suos Oratores Congregationibus injungatur silentium perpetuum, quod quidem nimis rigorosum existit, tibi tuisque in officio sacerdotibus, & provinciarum, vobis subjectarum Vicariis, cum Discretorum confilio dispensandi, tam in cibis, quam in quibuscumque aliis perpetuis, quam in silentio supradicto concedimus facultatem.

Ac praecepit. §. 7. Insuper cum dilectus filius Frater Joannes de Capistrano, tuus in Vicariatus officio predecessor, declaraverit, quod in regula prima Beatae Clare continetur, centum & tria precepta regularia, in quorum transgressione Moniales, sive Sorores propter peccatum mortale incurrit, idque nimis durum & scrupulosum judicemus, auctoritate & tenore praesentium declaramus, & volumus, quod in nullius predicatorum transgressione, praeterquam eorum quatuor, que concernunt principalia vota, obedientiam scilicet, paupertatis, castitatis, & clausuræ, & super electione Abbatissæ, & depositione, peccatum mortale incurrit.

Referendum. §. 8. Item, cum quadam predicatorum Monasteria & loca in mendicitate vivant, placet & dispensamus, quod in ferculo, sive cibis sagina & lardo vii possint.

Quibuscumq; non obstantibus. §. 9. Constitutionibus Apostolicis & priuilegiis, immunitatibus, & gratiis, ac indultis omnibus & singulis supradictis Monasteriis, & locis, ac eorum Capellaniis per Sedem Apostolicam, & aliter quomodocumque concessis, aliisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ constitutionis, decreti, intentionis, placiti, excommunicationis, concessionis, declarationis, voluntatis & dispensationis infringere, &c.

Dat. Rome apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominice 1447, nonis Feb. Pont. nostri anno sextodecimo.

XXIX. Absolutio eorum qui Congregationi Basileensi adhæserunt post dissolutionem Concilii, & ad Summi Pontificis obedientiam redierunt: Provisioque & declaratio circa collationes Ecclesiarum & beneficiorum.

Hanc sanctionem quoad Collationes, &c. simpliciter confirmavit Nicol. V. die 10. Augusti 1447. ejus bullam non posui. Et certo modo postea approbavit in alia ejus consit. I. Ad sacram, qua mox sequitur.

E V G E N I V S E P I S C O P V S, Servus Servorum Dei: Ad fiamam rei memoriam.

Exordium. Nter cetera desideria cordis nostri, filios quoslibet ad nostram, & Apostolicæ Sedis obedientiam exoptantes adduci, illa temporum qualitate pensata aliquando concedimus, illa tempore, quam secundum Christi fiduciam tranquillitatim, & commodis, semotis dissensionibus & scandalis consulatur, & exinde animarum salutem valent adipisci.

Quidam Prelati & Principes Nationis Germanie ob dissensionem fiamam tempore Cœili Bafile, metras, maxob. fiamam hanc Principi fratre. et. et. et. §. 1. Sane cum propter dissensionem inter Nos & eos qui Basileæ sub nomine generalis Cœcilii remanserunt dum exortæ, nonnulli Principes tam Ecclesiastici, quam seculares nationis Germanie, in quadam neutralitate, & armorum suspensione à die dicimaseptimanis Martii, de anno Domini millesimo quadragesimo trigesimo octauo usque in presentem diem se tenerint, ea mente, ut assertunt, ut postmodum vnamimi consensu in nostra & Sedis Apostolica obedientia, & reverentia paribus gressibus incidere possit; & charissimus in Christo filius noster Fredericus Rex Romanorum Illustris, ac venerabilis frater noster Theodosius Archiepiscopus Maguntinus, & dilectus filius noster vir Fredericus Marchio Brandenburgensis, sacri Imperii Electores & Venerabiles fratres nostri Fredericus Magdeburgensis, Fredericus Saleburgensis, & Gerardus Bremensis Archiepiscopi, ac quidam alii Prelati, & Principes dicti

Nationis, nobis debitam obedientiam per suos Oratores praestiterunt, ac Nos solum in Vicarium Iasy Christi recognouerint, & professi fuerint.

§. 2. Nos attentis, quod dictæ neutralitatis, & suspenzionis tempore plurima in ipsa natione acta, gesta, & facta fuerint, que confirmationem, indulgentiam, & dispensationem super eis Apostolicæ auctoritatis requirunt, predictorum Regis, Archiepiscoporum, Marchionis, ceterorum Prelatorum, & principum supplicationibus inclinati, omnes & singulas, tam Metropolitanas, quam Cathedralias, aliarumque Ecclesiarum, nec non dignitatum etiam Abbatialium, ac post Pontificales majorum, & in Collegiatis Ecclesiis principalium, & aliquorum beneficiorum, & officiorum Ecclesiasticorum & quoru[m]que, etiam Ecclesiaz curaz, Canonicas & praebendas fuerint, electiones, postulationes, collationes, provisiones, confirmationes, & dispositiones, necnon processus, sententias, aliaque acta judicaria, auctoritate ordinarii hujusmodi, suspensionsis, & neutralitatis temporis factas, seu facta, que omnia & singula hic haberi volumus pro sufficiente expressis, ac ea rata & grata habentes, auctoritate Apost. ex certa scientia confirmamus.

§. 3. Volentes ac etiam statuentes, ut nulli, qui possessionem Ecclesiarum, Monasteriorum, dignitatum, beneficiorum, & officiorum hujusmodi quoru[m]que, eorundem, qui Basileæ post translationem, & dissolutionem Basileensis Concilii ibidem remanerunt, auctoritate fuerint assecuti, super hujusmodi Ecclesias, Monasterias, dignitatibus, beneficiis, & officiis, ac sententiis, & processibus, etiam in Romana Curia, vel extra eam (cuius statum presentibus habemus pro expresso) indecisa pendaat, etiam super eis ad ea, aut contra ea fuerit alteri jus quæsumus, seu jus aliqui habere se pretenderent, ex tunc in antea in ipsa Curia, vel extra eam Apostolica, vel alia quavis auctoritate impeti, aut quomodolibet ex quavis ratione vel causa molestari possint, sed in suis possessionibus pacifice remaneant.

§. 4. Lites quoque & causas quascumque super hujusmodi Ecclesias, Monasteriis, dignitatibus, officiis, & beneficiis pendentes (illis dumtaxat exceptis que coram Ordinariis Iudicibus, apud quos juxta formam dictæ suspensionsis, & protestationis exinde secuta licuit litigare, indecisus pendens) ad nos aduocantes, auctoritate & scientia predictis extinguiamus, & super eis aduersariis corum perpetuum silentium imponimus; possessores vero ipsos volumus in suis Ecclesias, Monasteriis, dignitatibus, officiis, & beneficiis pacifice remanere.

§. 5. Quibus omnibus ipsis Ecclesias, Monasterias, dignitates, officia, & beneficia quocumque modo vacaverint, auctoritate & scientia prefatis tenore presentium conferimus, & providemus de eisdem, ac illis qui pallium dictorum qui Basileæ post nostram translationem sub nomine generalis Concilii remanerunt, auctoritate receperunt, ut illo vi possint presentibus cedimus & indulgemus; illis autem qui non habent, vel non receperunt, sine difficultate dabimus, ac etiam libere cedemus, illis tantum personis exceptis, que occasione privationum propter nostram, aut Basileensem adhæsionem factarum, beneficia detinent, in quibus habent locum provisio, & dispositio super his, que contra protestationem facta forent, per predictos Regem, & Electores, Imperii coniunctim, vel divisiim promulgata.

§. 6. Per hoc autem nulli contendunt super titulum & iuribus Ecclesiarum Fisigen, & Osiliens, volumus aliquod præjudicium afferri, aut generari, sed liberum sit uniuicuique eorum jus suum prosequi justitia mediante.

§. 7. Præterea omnia & singula, que dictis suspensione & protestatione durantibus, in præjudicium, gravamen, & lesionem juri dicti, juris vel possessionis Metropolitan, vel Diœcesan, Principatu, Dominiu[m], Terrarum Regis, & Electorum, ac Archiepiscoporum prædictorum, necnon aliorum Episcoporum, Prelatorum, Collegiorum, personarum seu rerum quorumcumque contra fedus protestationis, & suspensionsis hujusmodi quondamque vergentia, Apostolica, vel alia quavis auctoritate concessa, ac in iudicio vel extra obteta, insuper

EUGENIUS QUARTUS,

373

insuper Ecclesiasticas censuras, multas, & penas, nec non cuiuscumque irregularitatis, & inhabilitatis maculas, tam à iure quam ab homine propter præmissa quomodolibet promulgatas, seu inflictas, promulgandas quoque seu infligendas, quoad Regem, Archiepiscopos, & Marchionem prædictos, eorumque Dominis, Clericos subditos, & vassallois, ac ad eos quoque, qui infra sex menses à die datæ præsentium computandos, se declarauerint pro Nobis, aut eidem declarationi adhaerent, causamus, irritamus, & annullamus, nulliusque esse decernimus roboris vel momenti, omnem irregularitatem, & infamiam maculam, siue notam per eos præmissorum occasione contractam penitus absoluentes, ac eos rehabilitantes, & restituientes ad eorum Ecclesiarum Monasteria, beneficia, officia, dignitates, ac honores quæcumque, ac in pristinum statum, & eum in quo erant ante præmissa reponentes, necnon illis, qui contra ipsos impetratis, concessis, vel obtentis, seu impetrandis, concedendis, & obtinendis quomodolibet nitentur, etiam si eis aut eorum alicui jus quæ situm foret, ex certa scientia de potestatis plenitudine perpetuum silentium imponentes.

§.8. Insuper quascumque obligationes super annatis, seu communibus, & minutis servitiis, ceterisque juribus, nobis, & Camerae Apostolicae, seu Collegio Venerabilium fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium, ceterisque officialibus debitibus, seu quæ deberi dicentur, occasione quorumlibet Metropolitan, & Cathedralium Ecclesiarum, Monasteriorum, dignitatum, officiorum, & beneficiorum quorumcumque usque in præsentem diem remittimus, & de nostra meta liberalitate relaxamus pariter, & donamus, eosque qui hujusmodi debitibus obligati essent, ab omni corum solutione absolvimus, & etiam liberamus.

6.9. Dispensaciones propter ea quascumque (nisi tales forent quas hactenus Sedes Apostolica concedere non consuevit) indulta quoque forum conscientia recipientia, etiam in casibus Sedi Apostolica reservatis, necnon novas prouisiones pro possessoribus, sine praedicto dicio juris quæstici ipsa suspenzione durante, vel etiam ante, à nobis vel ab eis, qui Basileam sub nomine Concilii remaneferint, aut Legatorum suorum, vel alia quavis auctoritate obtentas, impetratas, concessas, seu concessâ, ac omnia inde secuta, à die date concessionis eorundem eadem auctoritate confirmamus, perinde ac si à nobis impetrata fuissent.

§. 20. Super sententiis autem in Romana Curia, vel in Basilea, sub nomine generalis Concilii ante ipsam suspensionem, vel ea durante, in quibus vterque litigantium ex ordinario titulo nititur se defendi prolati, que exequitione non dum sunt demandatae, volumus, statuimus, & ordinamus quod huiusmodi sententiae coram Iudice tractentur, & quicquid vtraque pars vellet producere pro jure suo, coram eo debeat exhibere, qui quidem Index summatie, simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta procedens, negotium ipsum vnicarum leat terminare sententia, à qua nulli partium appellare licet, aut provocare, vel restitutionem aliquam obtinere. Per hoc autem nullatenus præjudicare intendimus eis, qui possessionem dignitatum, etiam Metropolitanum, Cathedralium, & Abbatialium, seu beneficiorum quotuncunque, ordinaria vel alia auctoritate sub eadem Natione, obtinenter, durante neutralitate, vel suspensione prædictis, vigore processuum in Romana Curia, vel in Basilea, sub nomine generalis Concilii obtentorum, aut alias violenter fuerint spoliati. Sed tam spolia, quam iura eorum denuo coram Judicibus ordinariis cognoscantur, & fine debito terminentur.

¶. 11. Insuper omnes & singulas prædictæ nationis, aut alterius in ea, beneficia vel officia obtinentes personas Ecclesiasticas & sacerdotes, etiam si Regalis, Archiepiscopalis, Episcopalis, vel alterius dignitatis fuerint, quæ post dissolutionem, sive translationem prædicti Concilii per nos factam, Congregationi Basilicensi sub nomine generalis Concilii adhaeserunt, & obedierunt, aut incorporati fuerunt, qui jam ad nostram obediemtiam sunt reversi, vel infra sex menses post declaratio-

nem pro nobis faciam edicent, seu ipsi declarationi ad-
haeserint, ab omnibus & singulis juramentis, perjurii
resu, ac aliis censuris & penit. (si qui temeriter aut
malitie inveniatur, in tales promulgatimantur)

...currit, invenit, et in eis primum admodum
...predicata ab eo, quod dicitur, quod
...fons, ex quo habet, irregulat, et non
...magistrum, et notam, et non promovet libertatem, et
...rectam. Sed hoc est non solum frumentum fratrum, sed etiam
...reponit, et sermone ac folla minime emendat.

et singulariter etiam maxime per se ad
deum. Sed quia hoc est deus, non potest
de declaratione ipsius alio-
modo colligendus esse, que possit
ad eum Babiles remanserint.

nuisimod Con
aut ipsi Cong
in eadem pre
quandocumq

communicationis & poenitentia-
tis, et aliisque censuris
celius nostros, aut alias inflati-
vias, cum illis, ut ibidem fuit

ctis & pro-
a provisio-
dicto re-
nista
ctus, nam illi qui indeuen-
tum auctio[n]ate Secund[us] Ordines
admittunt, vt in suscep[t]is omnibus mi-
sionibus superfluentes. Volumus infinierat quod

singuli pontani Nationis ejusdem ad eum nobis
obedient, et qui infra sex menses, ut & propter nobis
& Amicorum. Sedi debitam obedientiam praebeantur,
confiteantur bullas sui literarum a nobis habentes. Sicut

conspicuas bullas seu literas. Apostolicas nadeant, super quibus patentibus quibususcumque, quatenus opus fuerit, sub eorum sigillis, transumpta concedere valent, et si que in iudicio, & extra plena fides, sicut originalibus

literis per omnia praebeatur. Super Ecclesias autem Trevirensem & Colonensem, de quibus in petitionibus Regis, Archiepiscopi Maguntini, & Marchionis praedictorum, scilicet omniem ecclesiam circulus, per alias vo-

dictorum specialis est appositus articulus, per alias nostras literas desuper editas specialiter providimus, prout in eis plenius continetur.

9. 12. Ut autem primaria co-ordinatae sententiae
pro nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus,
de Venerabilium fratum nostrorum Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalium consilio & assensu pollicite-
sime, ut supra, in fiducia etiam illibata obser-
vare.

inur, omnia & singula supradicta iniuiolabiliter obser-
vare, & contra ea vel ipsorum aliquod, in toto vel in
parte, nullo unquam tempore quicquam innovere, &
quod nobis licere non patimur, eisdem successoribus

quod nobis necesse non patimur, eritatem quae nos
judicamus. Decerentes ex nunc irritum, & inane, si
secus super his à quoquam, quavis etiam Apostolica
auctoritate scient vel ignoranter contigerit attentari.
Opinio. N. S. Iustus se propositi licet aliquip ut man-

Quinimò si adverbii præmissa litera aliqua , aut man-
data ad cuiuscumque instantiam , vel etiam motu pro-
prio , vel ex certa scientia , etiam cum derogatoriis clau-
sulis , sub quacumque verborum forma à nobis , seu no-

stra auctoritate, aut ab alio quovis emanarent, seu in futurum emanarent, tales ex nunc profectis haberi volumus, quodque is contra quem emanarent, aut concesserent, eis suis aut emanarent & in futurum concederent,

§. 13. Non obstantibus quibuscumque constitutionibus Apostolicis, & etiam cum decreto irritante, illis minime obedire tenetur.

quorumcumque tenorum existant, in genere, vel in specie, per nos seu prædecessores nostros concessis, seu condendis privilegiis vel indultis, de quibus ac totis temporibus eorum, specialis & expressa, etiam de verbo ad

loribus colum, specialis & expedita, etiam de verbo ad
verbum mentio in nostris literis foret facienda, necnon
quarumcunque Ecclesiarum statutis, & consuetudini-
bus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel
proposito, in ecclesia obsequio, inter se faveat in con-

quamcumque firmitate alia roboretur, ceteraque in contraria facientibus non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo hanc paginam nostræ, &c. Si quis autem hoc attentare, &c.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo, 7. Idus Februarii, Pontificatus nostri anno Sextodécimo.

Anno Sextodecimo.

Bullar. Magn. Tom. I.

— NICO